t *Iſa. 40. 5.* [t] pariter quòd Os Domini lo-
u *Iere. 25. 13.* quutum eſt [u] omnes quod ſcrip-
x *Heb. 9. 8.* tum eſt in Libro iſto [x] hoc ſi-
y *2. Cor. 3. 6.* gnificante Spiritu Sancto: [y]
z *Rom. 6. 4.* non littera, ſed [z] in novitate
a *2. Eſd. 12. 35.* VITÆ [a] VIRI Dei. [b] His — Authori parcite, eiuſque Operi.
b *Heb. 9. 5.* verò ita compoſitis, [c] à detra-
c *Sap. 1. 11.* ctione parcite linguæ; quo-
niam ſermo obſcurus in vacuũ
d *1. Theſ. 3. 5* non ibit, [d] & inanis fiat labor
e *2. Cor. 8. 20* noſter. [e] Ne quis nos vitùperet
in hac plenitudine, quæ mini-
f *Rom. 14. 5* ſtratur à Nobis. [f] Vnuſquiſq;
g *Eccl. 10. 28.* in ſuo ſenſu abundet. [g] Vir
prudens, & diſciplinatus non
h *1. Cor. 14. 37.* murmurabit. [h] Si quis videtur — *Propheta*: Idem ac Sacrorum Interpres.
Propheta eſſe, aut ſpiritualis,
i *Rom. 14. 1.* cognoſcat quę ego ſcribo, [i] non
in diſceptationibus cogitatio-
l *1. Cor. 12. 31* num, [l] Excellentiorem Viam
m *Iere. 21. 8.* vobis demonſtro. [m] Ego do co-
n *Lev. 20. 24.* ram Vobis VIAM VITÆ, [n]
o *1. Cor. 14. 21.* fluentem Lacte, & melle. [o]
p *Pro. 16. 24.* Scriptum eſt: [p] Favus mellis
q *Sap. 7. 29.* compoſita Verba. [q] Eſt enim
hæc ſpecioſior Sole, & ſuper
omnem

Digitized by Google

omnem diſpoſitionem Stella-
rum Luci comparata invenitur
r Gal.6.17. prior. [r] De cætero nemo mihi
ſ Eccl.9.1. moleſtus ſit: Ego enim [ſ] omnia
hæc tractavi in corde meo, vt
t Phil.1.26. curiosè intelligerem, [t] vt gra-
tulatio veſtra abundet in Chri-
u 2.Mac.2.33. ſto Ieſu in me. [u] De Præfatio-
ne tantùm dixiſſe ſufficiat: Stul-
tum etenim eſt ante Hiſtoriam
effluere, in ipſa autem Hiſto-
x Philip.4.7. ria ſuccingi; [x] Pax Dei, quæ
exùperat omnem ſenſum, cu-
ſtodiat Corda Veſtra, & IN-
TELLIGENTIAS Veſtras in
y 2.Mac.11.33. Chriſto Ieſu. [y] Benè valete.

NA-

Digitized by Google

NATIVITAS PHILIPPI, PARENTES, FRATRVM, SORORVMQVE SERIES, BAPTISMVS, EDVCATIO, SENILIS IN PVERO VIRTVS, ET EXIMIVM NVMEN; QVOD EI PRÆCLARVM MERVIT CELEBRITATIS NOMEN.

CAP. I.

Iſa.49.1. a AVDITE inſulæ, &
attendite populi de
b *Ibi. 9.6.* longè: [b] Paruulus
c *Ibi.* enim natus eſt, [c] &
d *Eccl. 50.6.* filius datus eſt, [d] qua-
e *Mat. 5.15.* ſi ſtella matutina, [e] vt luceat
f *Luc. 3. 27.* omnibus, qui in domo ſunt.
g *Zach.6.12.* Fuit NERI. [g] Ecce vir oriens, [h]
h *Iud. 5. 31.* ſicut Sol in ortu ſuo, [i] & quaſi
i *Iob. 11. 17.* meridianus fulgor conſurget. [k]
k *Eccl.43.25.* Plantavit illum Dominus Ieſus [l]
l *Luc. 18. 2.* in quadam Ciuitate, [m] & quæ
m *Iſa. 42. 8.*

NERI lucerna Domini interpretatur.

 ger-

n 2.Par.4.21. germinant ex ea [n] FLORENTIA. — *Naſcitur Philippus Florentiæ, cui lilium pro inſigni, ſicuti, & Philippo.*
o 3 Re.7.22. [o] Opus in modum lilij poſuit, [p] in
p Levi. 2. 2. odorem ſuaviſſimum Domino, [q]
q Can. 6. 2. qui paſcitur inter lilia, [r] vt ſit exẽ-
r Rut. 4. 11. plum virtutis, [ſ] vt oſtenderet in
ſ Eph. 2. 7. ſæculis ſuper venientibus abundan-
tes divitias gratiæ ſuæ in bonitate.

t Apo. 14. 1. [t] Nomen Patris eius *Franciſcus*. — *Franciſcus Neri quatuor habuit filios, quorum mares duo, totidemque fœminæ.*
u 3. Reg. 14. 21. [u] Nomen autem matris eius *Lu-*
x 1. Reg. 14. 49. *cretia Soldi*. [x] Fuerunt autem filij:
Antonius, & *Philippus*, & nomina
y 2. Reg. 21. 22. duarum filiarum eius *Catharina*, &
Eliſabeth. [y] Hi quatuor nati ſunt.
z Iud. 13. 24. [z] Peperit itaque filium, [a] qui mini-
a 2. Par. 21. 17. mus natu erat, [b] quo nato parere
b Gen. 38. 5. vltra ceſſavit. [c] Cum ergo natus — *In templo Diui Ioannis Luſtrali aqua abluitur.*
c Matt. 2. 1. eſſet [d] baptizatus eſt [e] in templo
d Marc. 1. 9. Domini, [f] vbi erat Ioannes. [g] Pa-
e 4. Reg. 25. 16. ter vero appellavit eum, [h] & PHI-
f Iud. 1. 28. LIPPVM, [i] & donavit illi nomen, — *Ex Aui nomine Philippus eſt appellatus.*
g Ge 35. 18. quod eſt [k] Patris ſui, & in ætate
h 1. Mac. 8. 5. adhuc puellari [l] celebre factum eſt
i Phi. 2. 9. nomen eius nimis. [m] Cum adhuc
K Nu. 30. 4. eſſet puer cæpit quærere Deum.
l 1. Reg. 18. 30.
m 2. Par. 34. 3.
n 1. Re. 1. 24. [n] Puer autem erat adhuc infantu-
o Act. 7. 20. lus, [o] & fuit gratus Deo; qui nu-
* 1. Tim. 4. 6. tritus eſt [*] verbis fidei, & bonæ doc-
p Act. 22. 3. trinæ, [p] eruditus iuxta veritatem
q Luc. 1. 6. paternæ legis [q] (erant autem iuſti — *Parentes eius bonæ exiſtimationis.*
r Iud. 13. 24. ambo) [r] crevitque puer, & bene-
dixit ei Dominus, cæpitque Spiri-
ſ Eſt. 9. 4. tus Domini eſſe cum eo. [ſ] Fama

quo-

Digitized by Google

quoque nominis eius creſcebat quotidie, & per cunctorum ora

Adhuc puer celebre ſanctitatis nomen meruit

t 1. *Reg.* 18. 5. volitabat,[t] & acceptus erat in ocu-
u *Heb.* 11. 23. lis vniuerſi populi maximè, [u] eo
quòd vidiſſent elegantem infantē,
x 2. *Mac.* 15. 12. [x] bonum, & benignum, verecun-
dum viſu, modeſtum moribus, &
y *Iud.* 8. 7. eloquio decorum. [y] Erat autem
z *Pſ.* 44. 3. eleganti aſpectu nimis, [z] ſpecioſus
a 1. *Par.* 12. 28. forma præ filijs, [a] puer ægregiæ
b 2. *Mac.* 6. 23. indolis, [b] optimæ converſationis
actus, & ſecundum ſanctæ, & à
c *Tob.* 12. 3. Deo conditæ legis conſtituta; [c]
d *Luc.* 4. 14. gaudium Parentibus eius fecit. [d] Et
fama exijt per vniverſam regionem
e *Act.* 1. 23. de illo, [e] qui cognominatus eſt IV-
f *Ioan.* 7. 12. STVS. [f] Dicebant quia BONVS
g *Dan.* 13. 3. eſt. [g] Parentes enim illius cum
eſſent iuſti, erudierunt ſecundum
h *Tob.* 1. 4. legem. [h] Nihil tamen puerile geſ-
i *Ibi* v. 5. ſit in opere. [i] Hic ſolus fugiebat
conſortia omnium, & pergebat ad
Templum Domini, & ibi adorabat
k *Tob.* 1. 8. Dominum Deum. [k] Hæc, & his
ſimilia ſecundum legem Dei pueru-
l 2. *Par.* 2. 12. lus obſervabat [l] Benedictus Domi-
m *Ibi.* nus Deus Iſrael, [m] qui dedit filium
ſapientem, & eruditum, & ſenſa-
tum, atque prudentem, vt ædifica-
ret DOMVM DOMINO.

Ob indolis probitatem Pipi Boni cognomentum eſt aſſecutus.

Puerilium iocorum abhorrens, ſerijs adhæſit.

Congregationem Oratorij.

Digitized by Google

CAP. II.

Aſellum cum adhuc puer inſideret, improvidus in cellam, per ſcalæ gradus præceps ruit, unde mirabiliter muliere ſub veniente, ereptus.

a 4. Re. 22. 1. [a] OCTO annorum erat, [b] cum
b 1. Reg. 25. 20. ergo aſcendiſſet aſinum, &
c 1. Re. 4. 18. deſcenderet, [c] cecidit de ſella re-
d Matt. 15. 14. trorſum [d] ambo infoveam cadunt,
e Ier. 32. 43. [e] homo, & iumentum, [e] & cum eſ-
e Mar. 14. 66. ſet in atrio deorſum venit vna ex
f 4. Reg. 4. 8. ancillis, [f] erat autem ibi *mulier*, [g]
g Gen. 3. 13. Et dixit Dominus Deus ad mulie- Inſpiravit Dominum.
h Ge. 21. 17. rem: [h] Quid agis? Noli timere: exaudivit enim Deus vocem pueri de loco, in quo eſt. Surge tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam
i Mar. 9. 27. eum: [i] Mulier autem tenens manum eius elevavit eum, & ſurrexit.
K Gen. 24. 44. [K] Ipſa eſt mulier, quam præparavit
l Eſt. 16. 16. Dominus, [l] cuius beneficio [m] per-
m Tob. 2. 14. manſit agens gratias Deo omnibus
n Pſa. 70. 6. diebus vitæ ſuæ. [n] De ventre ma-
o Pſ. 70. 6. tris meæ tu es Protector meus: [o] Extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit dextera tua. Semper Domino pro tanto beneficio gratias egit.

Digitized by Google

CAP. III.

Mira in incendio Paternæ domus Philippi patientia.

a *Gen.* 22. 1. [a] TEntavit Deus [b] ibi puerum
b 3. *Reg.* 19. 3 ſuum, [c] ſicut examinatur
c *Pſ.* 65. 10.
d *Ier.* 52. 13. argentum, [d] omnem domum ma-
e *Nu.* 16. 47. gnam igne combuſſit, [e] quam iam
f *Pſ.* 82. 15. vaſtabat incendium, [f] ſicut ignis
qui comburit ſylvam, & ſicut flam-
g *Iſa.* 64. 11. ma comburens montes, [g] facta eſt
in exuſtionem ignis, & omnia de-
h *Tob.* 2. 12. ſiderabilia. [h] Hanc autem tenta-
tionem ideò permiſit Dominus
evenire illi, vt poſteris daretur
exemplum patientiæ eius, ſicut &
Sancti Iob. Nam cum ab infantia
ſua ſemper Deum timuerit, & man-
data eius cuſtodierit, non eſt con-
i *Ioel.* 2. 5. triſtatus contra Deum, quòd [i] ſo-
K *Tob.* 2. 13. nitus flammæ ignis devorantis [K]
eveniret ei: ſed immobilis in Dei
l *Pro.* 11. 1. timore permanſit, [l] & pondus
m *Iacob.* 5. 7. æquum voluntas eius, [m] patienter
n 1. *Par.* 18. 10. ferens, [n] quod percuſiſſet, & ex-
pugnaſſet [o] plenam domum ſuam
o *Nu.* 24. 13.
p *Luc.* 6. 49. argenti, & auri, [p] & facta eſt rui-
na domus illius magna.

Digitized by Google

CAP. IV.

Paterno egreditur ſolo, & iuſſu Parentis, oppidum Sancti Germani petit, ut Patrui mercaturæ incumbat: Spiritu verò ad maiora in dies propellente, Patrui ædes, & hæreditariam ſpem relinquens, Romam proficiſcitur.

a *Act*. 22. 3. [a] NVtritus autem in iſta Civita-
b *Iud*. 10. 8. te [b] PER ANNOS DE-
c 1. *Re*. 2. 33. c 2. *Mac*. 9. 3. CEM, ET OCTO, [c] cum ad viri-
* *Pr*. 17. 22. lem ætatem [c] veniſſet circa, * æta-
d 2. *Reg*. 8. 10. tem floridam [d] miſit filium ſuum
d *Rut*. 2. 1. ad *Romulum*. [d] Erat autem viro
conſanguineus homo potens, &
e *Luc*. 10. 38. magnarum opum. [e] Excepit illum
f *Luc*. 19. 6. in domum ſuam, [f] excepit illum
g *Gen*. 26. 8. gaudens. [g] Cumque pertranſiſſent
h *Ier*. 28. 3. dies plurimi, & ibidem moraretur [h]
i *Ind*. 13. 29. adhuc duo anni dierum, [i] æſtuavit
K *Col*. 1. 11. anima eius, [K] in omni virtute; [l]
l *Pro*. 31. 18. guſtavit, & vidit quia bona eſt ne-
l *Sap*. 16. 19. gotiatio eius, [l] ſupra virtutem
m *Act*. 28. 25. ignis exardeſcebat vndique, [m] quia
benè Spiritus Sanctus loquutus eſt:
n 1. *Par*. 17. 2. [n] Omnia quæ in corde tuo ſunt,
n *Gen*. 12. 1. fac: [n] Egredere de terra tua, &
de cognatione tua, & de do-
mo Patris tui, & veni in terram,

quàm

o *Pſ.*44.11. quam monſtravero tibi : [o] Obliviſ-
cere populum tuum, & domum
p 1. *Reg.*20. Patris tui ; [p] Feſtina velociter ne
38. q 1.*Re.*4.14. ſteteris. [q] At ille feſtinavit, & ve-
r 1. *Reg.*10. nit, & nunciavit, [r] & ait ad Pa-
16. ſ 3.*Re.*21.6. truum ſuum : [ſ] Ire debeo. [t] Et dixit
t 1. *Reg.*10. ei Patruus ſuus : indica mihi ; [t] Qua
15. t 3.*Re.*11.21. enim re apud me indiges, vt quæ-
ras ire ad terram tuam ? At ille reſ- Romam, vbi
pondit Nulla. Sed obſecro te vt per 60. annos
u *Act.*19.21. dimittas me. [u] Oportet me, ET commoratus eſt.
x 2. *Par.* 35. ROMAM VIDERE. [x] Me Deus
21. feſtinatò ire præcepit. [y] Auditis
y *Gen.*29.13. autem cauſis itineris, reſpondit :
† *Ecc.* 2.18. os meum es, & caro mea. † Stu-
dioſiſſime laboravi habiturus hæ-
† *Iud.* 17.10. redem poſt me. † Et mea omnia
z *Ge.*30.26. tua ſunt. [z] Tu verò noſti ſervitu-
tem, qua ſervivi tibi. Ait illi *Phi-*
lippus : Inveniam gratiam in conſ-
pectu tuo, experimento didici quia
benedixit mihi Dominus propter
z *Ge.* 30.29. te. [z] Ille reſpondit : Tu verò noſti
quomodo ſervirem tibi, & quanta
in manibus meis fuerit poſſeſſio
a *Deut.* 34.4. tua, [a] ſemini tuo dabo eam. [b] Co-
b *Dan.*6.3. gitabat conſtituere eum ſuper om-
c *Num.*4.30. ne [c] officium miniſterij ſui. [c] Con- Mercaturæ
c *Pſal.* 104. ſtituit eum Dominum domus ſuæ, præficere decreverat, &
21. & principem omnis poſſeſſionis poſtmodum hæredem in-
d *Eccl.*23.32. ſuæ, [d] ſtatuens hæreditatem. [e] Vt ſtituere.
e 2. *Mac.*13. autem cognouit rebellaſſe PHI-
23.

Digitized by Google

LIPPVM, qui relictus fuerat SV-
PER NEGOTIA, mente con-
f Mar. 15. 8. ſternatus [f] Cæpit rogare ſicut
g Act. 18. 20. ſemper faciebat, [g] vt ampliori tem-
h Iud. 19. 10. pore maneret. [h] Noluit acquieſce-
i Pſ. 77. 62. re ſermonibus eius, ſed ſtatim [i] hæ-
K Iud. 19. 9. reditatem ſuam ſprevit. [K] Surrexit-
l Eccl. 43. 5. que adoleſcens, vt pergeret, [l] & in
m Act. 20. 13. ſermonibus eius feſtinavit iter, [m] ſic
enim diſpoſuerat ipſe per terram
n Ge. 24. 29. iter facturus, [n] qui feſtinus egreſſus
o 4. Reg. 22. 1. eſt. [o] (Viginti annorum erat. [p])
p 1. Reg. 14. 1. Patri autem ſuo hoc ipſum non
indicavit.

CAP. V.

Sublimis Extitit in Philippo humilitas, cuius iam à puero memoranda eſt, etiam in ea ætate, matura ratio, qua Genealogiæ ſeriem, & depicta maiorum ſtemmata, ſeriò irridens, hilariſque, diſcidit; maluit enim in vitæ libro adſcribi, quàm in folio vanitatis, quod vento rapitur, exarari.

a Pro. 15. 33. [a] TImor Domini diſciplina ſa-
pientiæ, & gloriam præce-
b Ibi 11. 2. det humilitas. [b] Vbi autem eſt hu-
c 1. Cor. 15. 48. militas, ibi & ſapientia. [c] Qualis
d 1. Eſd. 2. 62. terrenus tales, & terreni: [d] hi quæ-
e Eze. 31. 7. ſierunt Scripturã Genealogiæ ſuæ, [e]

in

f Pſ. 41. 20. in dilatatione arbuſtorum vſque
g Deut. 1.25. ad propagines patrum, [g] vt oſten-
h Matt. 12. 33. derent vbertatem attulerunt [h] ar-
borem bonam, & fructum eius bo-
i Dan. 4. 17 num, [i] ſublimem, atque robuſtam,
cuius altitudo pertingit ad cœlum,
& aſpectus illius in omnem ter-
k Ex. 16. 15. ram: & rami eius pulcherrimi, [k]
l Iſa. 51. 1. quod ſignificat: [l] attendite ad pe-
tram vndè exciſi eſtis, & ad caver-
nam laci, de qua præciſi eſtis. At-
tendite ad Abraham Patrem ve-
ſtrum, & ad Saram, quæ peperit
m Luc. 7. 13. vos. [m] Quam cùm vidiſſet *Philip-*
n Dan. 4. 28. *pus*, [n] cumque ſermo adhuc eſſet
o 1. Mac. 7. 34. in ore, [o] irridens ſprevit, [p] & ger-
p Iſai. 14. 22. men, & progeniem: *quaſi diceret*,
q Iob. 31. 8. [q] progenies mea eradicetur. [r] Et
r 4. Reg. 2. 12. ſ Exo. 39. 6. ſcidit illa in duas partes, [ſ] iuxta or-
t Iob. 11. 11. dinem nativitatis eorum [t] (ipſe
enim novit hominum vanitatem)
u Pſ. 39. 5. [u] Beatus vir, cuius eſt nomen Do-
mini ſpes eius, & non reſpexit in
x Gen. 24. 21. vanitates, & inſanias falſas. [x] Ipſe
autem contemplabatur eam taci-
y Iob. 19. 24. tus. [y] Quis mihi det, vt exarentur
in libro ſtylo ferreo, & plumbi la-
mina, vel celte ſculpantur in ſilice?
z Eccl. 4. 8. Scio enim [z] in hoc quoque vanitas
a Apoc. 21. 27. eſt, [a] niſi qui ſcripti ſunt in libro
b Heb. 7. 3. vitæ Agni, [b] ſine patre, ſine ma-
c Ioan. 1. 13. tre, ſine Genealogia, [c] qui non ex
ſan-

Arboris altitudo. Philippus, quia Neria ſtirps in ipſo finitur.
Pertingit ad cœlum, quia Sanctus.

Digitized by Google

LIPPVM, qui relictus fuerat SV-
PER NEGOTIA, mente con-
f Mar. 15. 8. ſternatus [f] Cæpit rogare ſicut
g Act. 18. 20. ſemper faciebat, [g] vt ampliori tem-
h Iud. 19. 10. pore maneret. [h] Noluit acquieſce-
i Pſ. 77. 62. re ſermonibus eius, ſed ſtatim [i] hæ-
K Iud. 19. 9. reditatem ſuam ſprevit. [K] Surrexit-
l Eccl. 43. 5. que adoleſcens, vt pergeret, [l] & in
m Act. 20. 13. ſermonibus eius feſtinavit iter, [m] ſic
enim diſpoſuerat ipſe per terram
n Ge. 24. 29. iter facturus, [n] qui feſtinus egreſsus
o 4. Reg. 22. 1. eſt. [o] (Viginti annorum erat. [p])
p 1. Reg. 14. 1. Patri autem ſuo hoc ipſum non indicavit.

CAP. V.

Sublimis Extitit in Philippo humilitas, cuius iam à puero memoranda eſt, etiam in ea ætate, matura ratio, qua Genealogiæ ſeriem, & depicta maiorum ſtemmata, ſeriò irridens, hilariſque, diſcidit; maluit enim in vitæ libro adſcribi, quàm in folio vanitatis, quod vento rapitur, exarari.

a Pro. 15. 33. [a] TImor Domini diſciplina ſa-
pientiæ, & gloriam præce-
b Ibi 11. 2. det humilitas. [b] Vbi autem eſt hu-
c 1. Cor. 15. 48. militas, ibi & ſapientia. [c] Qualis
d 1. Eſd. 2. 62. terrenus tales, & terreni: [d] hi quæ-
e Eze. 31. 7. ſierunt Scripturā Genealogiæ ſuæ, [e]

in

f *Pſ.* 42. 20. in dilatatione arbuſtorum vſque ad propagines patrum, [g] vt oſtenderent vbertatem attulerunt [h] arborem bonam, & fructum eius bonum, [i] ſublimem, atque robuſtam, cuius altitudo pertingit ad cœlum, & aſpectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi, [K] quod ſignificat: [l] attendite ad petram vndè exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham Patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos. [m] Quam cùm vidiſſet *Philippus*, [n] cumque ſermo adhuc eſſet in ore, [o] irridens ſprevit, [p] & germen, & progeniem: *quaſi diceret*, [q] progenies mea eradicetur. [r] Et ſcidit illa in duas partes, [ſ] iuxta ordinem nativitatis eorum [t] (ipſe enim novit hominum vanitatem) [u] Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. [x] Ipſe autem contemplabatur eam tacitus. [y] Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim [z] in hoc quoque vanitas eſt, [a] niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni, [b] ſine patre, ſine matre, ſine Genealogia, [c] qui non ex ſan-

g *Deut.* 125.
h *Matt.* 12. 33.
i *Dan.* 4. 17
k *Ex.* 16. 15.
l *Iſa.* 51. 1.
m *Luc.* 7. 13.
n *Dan.* 4. 28.
o 1. *Mac.* 7. 34.
p *Iſai.* 14. 22.
q *Iob.* 31. 8.
r 4. *Reg.* 2. 12.
ſ *Exo.* 39. 6.
t *Iob.* 11. 11.
u *Pſ.* 39. 5.
x *Gen.* 24. 21.
y *Iob.* 19. 24.
z *Eccl.* 4. 8.
a *Apoc.* 21. 27.
b *Heb.* 7. 3.
c *Ioan.* 1. 13.

Arboris altitudo. Philippus, quia Neria ſtirps in ipſo finitur. Pertingit ad cœlum, quia Sanctus.

Digitized by Google

ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

CAP. VI.

Mira cordis palpitatio, & ignea amoris vis, qua Deus vt ampliorem ſphæram in corde Philippi ſibi faceret, geminas è latere coſtulas diſrupit, ſingulari naturæ ſimul, ac gratiæ miraculo.

a *Act.* 8. 5. [a] PHILIPPVS autem deſcendens *Romam feruens ſpiritu proficiſcitur.*
b *Act.* 16. 13. in Civitatem, [b] vbi videbatur
c *Matt.* 4. 5. oratio eſſe, [c] in Sanctam Ciuita-
d *Eze.* 1. 12. tem [d] coram facie ſua ambulabat,
vbi erat impetus ſpiritus illuc gra-
e *Apoc.* 10. 1. diebantur [e] pedes eius, tamquam
f 2. *Tim.* 1. 17. columnæ ignis, [f] ſed cum RO-
g *Pſ.* 92. 1. MAM veniſſet, ſolicitè [g] indutus
eſt fortitudinem, & præcinxit ſe.
h *Gen.* 32. 23. Etenim [h] traductiſque omnibus,
quæ ad ſe pertinebant, manſit ſo- *Habitabat Philippus in Cathecumbis S. Sebaſtiani, vbi multa corpora Sanctorum requieſcunt.*
i *Luc.* 6. 12. lus. [i] In illis diebus exijt in mon-
tem orare, & erat pernoctans in
K *Iud.* 15. 8. oratione Dei, [K] & deſcendens
l *Iud.* 5. 23. habitavit in ſpelunca, [l] vbi ſunt
m *Apo.* 6. 9. ſancta ſanctorum, [m] interfecto-
rum, & propter teſtimonium,
n *Ier.* 8. 1. quod habebant, [n] & oſſa Sacer-

dotum,

Digitized by Google

dotum, & oſſa Prophetarum,
& oſſa eorum, qui habitaverunt

Romam SS. ſanguine purpuratam.

o Eccl.49.8. [o] electam ſanctitatis Civitatem,
p Apo.17.6. [p] ebriam de ſanguine Sanctorum,
q Levit. 4. 12. & de ſanguine Martyrum Ieſu.
[q] In loco effuſorum cinerum, [r] ibi
r Rut. 1. 4. ſ Eccl.50.23. decem annis [ſ] iteravit orationem
ſuam, volens oſtendere virtutem
t Iere. 2. 24. Dei, [t] aſſuetus in ſolitudine, in de-

Per decem annos ibi varijs, arctiſque pœnitentiæ exercitationibus vixit.

ſiderio animæ ſuæ attraxit ventum
u Deut. 24. 13. amoris ſui, [u] dormiens in veſti-
x Iere. 17. 6. mento ſuo, [x] in ſiccitate, in deſer-
to, in terra ſalſuginis, & inhabi-
y Iud. 8. 6. tabili. [y] Ieiunabat omnibus diebus,
z 1. Petr. 3. 18. [z] mortificatus quidem carne, [a] ite-
a Nu.22.25. rum verberabat eam, [b] & cum fe-

Ferreis catenis carnem quotidie lacerabat.

b Iud. 2. 15. c 2. Par.3.5. ciſſet quaſi flagellum, [c] quaſi cate-
nulas ſe invicem complectentes,
d 2.Mac.9.7. [d] gravi corporis colliſione [e] mem-
e Iob.41.14. bra carnium eius cohærentia ſibi,
f Iud. 4. 3. g Ge.24.62. [f] vehementer oppreſſerat. [g] Eo

Vnico pane contentus ſeptem Vrbis Templa inuiſebat quotidie.

autem tempore deambulabat per
h Apo.1.20. viam [h] SEPTEM ECCLESIA-
i Mar. 1. 35. RVM, [i] & diluculo valde ſurgens
k Ge.21.14. egreſſus abijt, [k] tollens panem [l] ob
l Ioſ. 9. 5. m Act. 2. 1. Viaticum. [m] Cum complerentur

Iuxta feſtum Pentecoſtes, diuino exarſit amore, & orationi aſſiduus, ſeptem Spiritus dona ſine intermiſſione poſtulabat.

n Exo.32. 1. dies Pentecoſtes, [n] orabat Domi-
o Pſ. 50.12. num Deum ſuum dicens: [o] ſpiri-
tum rectum innova in viſceribus
p Pſ. 25. 2. meis. [p] Vre renes meos, & cor
q Apo.1.11. meum, [q] & mitte ſeptem [r] Chariſ-
r 1. Cor. 12. 31. mata meliora [ſ] ſecundum donum
ſ Eph. 3. 7. gra-

t Pſ.118.111 gratiæ Dei, [t] quia exultatio cordis
u 3.Re.8.42. mei ſunt. [u] Cum venerit ergo, &
x Ge.32.24. oraverit in loco hoc, [x] ecce *Spiri-*
tus luctabatur cum eo vſque mane,
qui cum videret, quòd eum ſupera-
y Iob.18.12. re non poſſet tetigit [y] coſtas illius,
z Gen.32.24.
a Act.8.29. [z] & ſtatim emarcuit. [a] Dixit au-
tem Spiritus PHILIPPO: accede,
b Iſa.54.2. [b] DILATA LOCVM TENTO-
RII TVI, & pelles tabernaculo-
c Ex.34.24. rum tuorum extende, [c] & dilata-
d Iud.14.19. vero terminos tuos. [d] Irruit itaque
e Sap.5.12. in eum Spiritus Domini, [e] tam-
quam ſagitta emiſſa in locum de-
f 1.Ma.6.62. ſtinatum, [f] & vidit munitionem
g Dan.6.3. loci, & rupit citius, [g] quia Spiritus
h Pſ.54.22. Dei AMPLIOR erat in illo, [h] &
i Sap.17. appropinquavit cor illius, [i] quo-
niam Spiritus Domini replevit or-
k Luc.6.45. bem [K] cordis ſui, [l] tamquam adve-
l Act.2.2.
nientis Spiritus vehementis, & re-
l Sap.10.16. plevit totam domum. [l] Intravit in
m Iſa.30.28. animam ſervi Dei [m] velut torrens
n Iſa.59.19. inundans, [n] cum venerit, quaſi flu-
vius violentus, quem Spiritus Dei
o Luc.10.21. cogit. [o] In ipſa hora exultavit in
p Tob.2.23. Spiritu Sancto, & dixit [p] his, &
q 3.Reg.19.4 alijs huiuſmodi verbis: [q] ſufficit
r Iob.6.11. mihi Domine. Tolle. [r] Quæ eſt
enim fortitudo mea, vt ſuſtineam?
ſ Ier.47.6. [ſ] O mucro Domini vſquequo non
quieſces? Ingredere in vaginam
tuam,

Impetus ardoris inuadit Philippum.

Cui impar, & deficiens *Recede* Domine, ait, & multa exultationis verba protulit.

Digitized by Google

t *Pſ.* 72. 21. tham[s], refrigerare, & ſile, [t] quia
u *Deut.* 1.9. inflammatum eſt cor meum, [u] non
x *Pro.* 27. 4. poſſum ſolus ſuſtinere. [x] Et impe-
tum concitati Spiritus ferre quis
y *Pſ.* 45. 10. poterit? [y] ARCVM CONTE-
z *Iob.* 16.13. RET, & confringet, [z] cōfregit me,
& poſuit me ſibi quaſi inſignum,
a *Thre.* 3.12. [a] quaſi ſignum ad ſagittam. [b] Pha-
b *Iob.* 30.11. retram enim ſuam aperuit, [c] ſagit-
c *Pſ.* 7. 14. tas ſuas ardentibus effecit. [d] Re-
d *Pſ.* 38. 14. mitte mihi vt refrigerer, [e] & ignem
e *Deut.* 18. 16. hunc maximum amplius nō videbo
f *Pſ.* 117. 5. ne moriar, [f] (exaudivit *Philippum*
g *Ecc.* 43. 2. in LATITVDINE Dominus) [g]
fornacem cuſtodiens in operibus
h *Thr.* 1.13. ardoris, [h] DE EXCELSO MISIT
IGNEM IN OSSIBVS MEIS.
i *Ex.* 10. 17. [i] Spiritus enim vitæ erat in eis,
k *Ier.* 20. 9. [k] & factus eſt in corde meo, quaſi
ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſi-
bus meis, & defeci ferre non ſuſti-
l *Pſ.* 41. 11. nens, [l] dum confringuntur oſſa
m *Iob.* 30.27. mea. [m] Interiora mea efferbuerunt
n *Luc.* 6. 45. abſque vlla requie [n] (ex abundan-
o *Pſ.* 104.20 tia enim cordis os loquitur) [o] Elo-
quium Domini inflammavit eum,
p *Iſa* 7. 2. [p] & commotum eſt cor eius, [q] ET
q *Tob.* 6. 4. PALPITARE COEPIT. [r] Subito
r *Act.* 16.27. verò terremotus factus eſt magnus,
itaut moverentur fundamenta, [ſ] &
ſ *Iſai.* 6. 4. cōmota ſunt ſuperliminaria. [t] Vox
t *Eccl.* 38.30. malei innovat aurem eius, [u] per-
u *Luc.* 18.13. cu-

Exinde Dominus, ne Philippus deficeret, amoris impetum paulatim leniuit.

Ruptis è latere coſtulis viam ſibi facit diuinus Spiritus.

Inducta cordis palpitatione, qua totum cubiculum concutiebatur.

Eo enim impetu percuſſio fiebat, vt quaſi

Digitized by Google

cutiebat pectus ſuum, [x] quaſi malleatoris incus. [y] Et cum adhuc ſpiraret, accenſus animo, ſurrexit; [z] quaſi torris raptus ab incendio; [a] & flamma de ore eius egreditur, [b] & facies eius, velut ſpecies fulguris, & oculi eius, vt lampas ardens. [c] Et hiems erat, & ambulabat [d] ſicut in camino ardenti, [e] ſicut cera a facie ignis, [f] qui erat in SINV PATRIS, [g] & amittit palium in die frigoris, [h] vt alleviaretur [i] tunica, qua erat indutus. [k] Patefactum eſt [l] pectuſculum, elevans illud coram Domino, [m] & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, [n] ſed Deus temperavit corpus ei, cui deerat abundantiorem tribuendo [o] ventum roris flantem; [p] ſicut cadere ſolet ros ſuper terram, [q] Diſcipuli autem obſtupeſcebant. [r] quia frigus erat, & calefaciebant ſe [ſ] (omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus) [t] propter imbrem, qui imminebat, & frigus. [u] Erat autem nix multa valde, [x] ipſe verò portabat in manibus ignem. [y] (Numquid poteſt homo abſcondere ignem in SINV SVO, vt veſtimenta illius non ardeant? [z] Dixitque ad viros ſuos: [a] Confundimini, & erubeſcite: [b]

ego

malleo tacta incus videretur.

Ex ore ignis ſcintillabat. Ningente hieme, feruido æſtuabat ardore, ita vt ſoluta tunica pectus auris offert.

Quaſi roris auxilio æſtũ temperaturus per vicos ambulabat.

Diſcipulis mirantibus, & id ſtupentibus cum ipſi frigus ſufferre non poſſent.

Quibus ſe-

x *Iob* 41.15.
y 2.*Mac*.14.45.
z *Amos* 4.11.
a *Iob*. 41.12.
b *Dan*.10.6.
c *Ioan*.10.22.
d *Apoc*. 41.5.
e *Mich*. 1.4.
f *Ioan*. 1.10.
g *Pro*.25.19.
h *Iona*.1.5.
i 1.*Reg*.18.4.
k *Rom*. 16.26.
l *Levi*.8.29.
m *Iſai*. 1.6.
n 1.*Cor*.12.24.
o *Dan*.3.50.
p 2.*Re*.17.12.
q *Marc*.10.4.
r *Ioan*.18.18.
ſ *Pro*.31.21.
t *Act*.28.2.
u 1.*Mac*.13.22.
x *Gen*.22.6.
y *Pro*.6.27.
z 1.*Reg*.24.7.
a *Eze*.36.32.
b *Iud*.1.18.

c Pro. 31. 21. ego enim ſum ſenex. [c] Non timebit domui ſuæ à frigoribus nivis. [d] Ille autem dicebat de templo corporis ſui. [e] Dedit quoque Deus ſapientiam *Philippo*, & prudentiam multam nimis, & LATITVDINEM cordis.

d Ioan. 2. 21.

e 3. Re. 4. 29.

nex iocoſe illudit iuuentutem, & frigeſcentem in eis charitatem.

CAP. VII.

Sodalitium Sanctiſſimæ Trinitatis, in quo ægri, & peregrini reficiantur, inſtituit.

a 2. Mac. 11. 8.
b Ioan. 13. 22
c Eph. 3. 17.
d Rom. 12. 11.
e Ibi. v. 9.
f 2. Theſ. 2. 10.
Mac. 9. 14.
h 2. Mac. 12. 12.
i 2. Reg. 15. 6.
l Act. 28. 30.
m Ier. 11. 16.

[a] CVmque pariter prompto animo procederent [b] ad invicem diſcipuli, [c] in charitate radicati, & fundati, [d] ſolicitudine non pigri, Spiritu ferventes. [e] Dilectio ſine ſimulatione, odientes malum, adherentes bono, charitatem fraternitatis invicem diligentes. [f] Quàm ſanctè, & iuſtè, & ſine quærela, [g] convenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde. [h] *Philippus* autem arbitratus verè in multis eos vtiles, [i] ſolicitabat corda virorum, [l] & ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens, quæ ſunt de Domino Ieſu Chriſto, cum omni fiducia, ſine prohibitione. [m]

Philippus, & eius ſocij ad Chriſtianam perfectionem exardeſcunt.

(Ad

Digitized by Google

(Ad vocem loquelæ grandis exar-
m *Luc*.2.47. ſit ignis) [m] ſtupebant autem om-
nes,qui cum audierant ſuper PRV-
n *Pſ*. 77. 72. DENTIAM , [n] & pavit eos in in-
o *Act*.11.23. nocentia cordis ſui , [o] qui cum per-
veniſſet , & vidiſſet gratiam Dei ,
gaviſſus eſt : & hortabatur omnes
in propoſito cordis permanere in
Domino : quia erat vir bonus , &
plenus Spiritu Sancto , & fide . Et
appoſita eſt turba multa Domino ,
p *Act*.11.21. [p] multuſque numerus credentium
q 2.*Re*.9.10. converſus eſt . [q] Erant autem *Phi-*
r *Ap*, 17.14. *lippo* quindecim filij , [r] qui cum illo
ſunt vocati , & electi , & fideles .
ſ *Apo*. 5.11. [ſ] Et erat numerus eorum milia mi-
t *Act*. 2.46. llium) [t] quotidie quoque perduran-
u *Bar*. 2. 26. tes vnanimitèr in templo , [u] in quo
x 1.*Tim*.1.1. invocatum eſt nomen [x] DEI SAL-
y 1.*Ioan*.1.6. VATORIS noſtri , [y] quoniam SO-
z 1. *Mac*. 4. 41. CIETATEM [z] . tnnc ordinavit
Philippus , [a] de invocatione FRA-
a 1.*Mac*. 12. 17. TERNITATIS [b] PATRIS , &
b *Matt*.28. 19. FILII , & SPIRITVS SANCTI .
c *Act*. 2.47. [c] Collaudantes Deum , & haben-
tes gratiam ad omnem plebem .
Dominus autem augebat, qui ſalvi
d 1.*Mac*. 14. 23. fierent quotidie inidipſum , [d] &
placuit *Philippo* excipere viros glo-
e 1. *Pet*. 2. 11. rioſè , [e] advenas , & peregrinos ,
f *Act*. 16. 5. [f] (abundabant numero quotidie)
g *Pſ*. 106. 2. [g] & de regionibus cõgregavit eos ; [h]
h *Sap*. 12. 7.
vt

Laicus adhuc erat Philippus prædicans , & vberimum ſpiritualis ſalutis fructum ex Diuini Verbi ſemine produxit .

Erant cum eo quindecim diſcipuli .

Innumeros filios Chriſto peperit. Quibuſcum in templo S. Saluatoris in campo ſodalitium Sanctiſſimæ Trinitatis inſtituit .

vt dignā reciperent peregrinatio-
i *Act.* 28. 23. nem. [i] Venerunt ad eū in hoſpitiū
k *Levit.* 25. 12. plures [k] ob ſanctificationem Iubi-
l *Gen.* 24. 3. lei. [l] Compulit illos oppido, vt
diverterent ad eum, ingreſsiſque
m *Deu.* 10. 18. domum illius fecit convivium [m]
(amat peregrinum, & dat ei vic-
n *Act.* 2. 45. tum) [n] omnibus, prout cuique opus
o 1, *Mac.* 3. 9 erat, [o] & nominatus eſt vſque ad
extremum terræ, & congregavit
p *Luc.* 8. 4. pereuntes. [p] Cum autem turba
plurima conveniret, & de Civita-
q *Lea.* 27. 17. tibus properarent ad eum, [q] ſtatim
r *Ibi* 25. 29. ab anno incipientis iubilei, [r] donec
ſ 2. *Mac.* 10. 24. vnus impleatur annus, [ſ] convocato
exercitu peregrinæ multitudinis, [t]
t *Ioan.* 13. 5. deinde miſit aquam in peluim, &
u *Matt.* 27. 7. cæpit lavare pedes [u] peregrino-
x 3. *Reg.* 13. 20. rum. Propter hoc, [x] cumque ſe-
y *Luc.* 4. 39. derent ad menſam, [y] continuo
z 2. *Reg.* 19. 17. ſurgens miniſtrat illis, [z] & quin-
a *Mar.* 3. 13. decim filij eius. [a] (Vocavit ad ſe
b *Phi.* 2. 3. quos voluit ipſe) [b] nihil per con-
tentionem, neque per inanem glo-
c 1, *Petr.* 1. 22 riam: ſed in humilitate, [c] in obe-
dientia charitatis, in FRATER-
NITATIS amore ſimplici ex cor-
d 2. *Mac.* 7. 18. de, [d] & digna admiratione facta
e *Iud.* 19. 21. ſunt nobis [e] ac poſtquam laverunt
pedes ſuos recepit eos in convi-
vium, illis epulantibus, & poſt
laborem ITINERIS cibo, & potu

Horum munus erat recipere advenas, & peregrinos Romam confluentes. Ob ſanctificationem iubilæi.

His pedes abluebant.

Simul, & menſæ miniſtrabant,

Omniaque charitatis officia prout res exigeret, præſtabantur.

Digitized by Google

ſeficientibus corpora, venerunt
f *Ier.* 25. 14. viri Ciuitatis illius, [f] ſeruierunt
g 2. *Reg.* 15. 24. eis, cum eſſent gentes multæ, [g]
donec expletus eſſet omnis popu-
lus, & qui egreſſus fuerat de Civi-
h *Luc.* 5. 17. tate, [h] qui venerunt ex omni Ca- In Provinciam, & in Patriam.
i *Matt.* 2. 13. ſtello, [i] cum receſiſſent [k] reverſi
k *Ibi v.* 12. ſunt in regionem ſuam.

CAP. VIII.

Quinimo ægri ex noſocomijs recens dimiſſi, hoc ſodalitio reficiuntur.

a *Num.* 9. 1. [a] POſtquam egreſſi ſunt de terra [b] Peregrinis egreſſis, infirmos adhuc non firmæ valitudini reſtitutos.
b *Exo.* 6. 4. peregrinationis eorum, in
c *Phi.* 2. 2. qua fuerunt advenæ, [c] eandem
charitatem habentes, vnanimes id
d *Pro.* 31. 28. ipſum ſentientes [d] ſurrexerunt filij
e *Luc.* 14. 21. eius, [e] cito in plateas, & vicos Ci-
vitatis, & pauperes, ac debiles, &
f *Eſt.* 6. 14. cæcos, & claudos [f] ad convivium,
quod *Philippus* paraverat pergere
g *Thre.* 1. 11. compulerunt, [g] pro cibo ad refoci-
h 1. *Par.* 7. 22. landam animam, [h] venerunt fra-
i *Act.* 5. 15. tres eius, vt cõſolarentur [i] infirmos, Reficiendos curabant, donec fortius convaleſcerent.
k *Ibi.* & ponerent in lectulis, [k] & libera-
rentur omnes ab infirmitatibus
ſuis. Concurrebat autem, & mul-
l 2. *Mac.* 1. 22. titudo, [l] ita vt omnes mirarentur,
m *Ier.* 51. 43. [m] factæ ſunt ciuitates eius in ſtu-
n 2. *Eſd.* 4. 6. porem, [n] & prouocatum eſt cor
po-

o *Pſ. 67. 26.* populi ad operandum. [o] Prævene-
p *3. Reg. 4. 7.* runt Principes coniuncti, [p] ſinguli
q *Act. 5. 17.* neceſſaria miniſtrabant. [q] Exur-
gens autem Princeps Sacerdotum,
r *1. Reg. 25. 41.* [r] vt lavet pedes ſervorum Domini,
x *Eph. 4. 2.* [x] cum omni humilitate, & man-
y *Iob. 23. 11.* ſuetudine, cum patientia [y] veſti-
z *1. Cor. 8. 1.* gia eius ſecutus eſt, [z] (charitas verò
a *1. Reg. 16. 4.* ædificat), [a] & admirati ſunt ſenio-
b *Matt. 20. 28.* res Civitatis; [b] nō venit miniſtrari,
c *4. Reg. 12. 11.* ſed miniſtrare, & dare [c] pecuniã, quæ
inveniebatur in domo Domini, [d]
d *Ioa. 13. 12.* Poſtquam ergo lavit pedes eorum,
e *Rom. 11. 4.* [e] quid dicit illi divinum reſpon-
f *Ioa. 13. 15* ſum? [f] Exemplum enim dedi vobis,
vt quem admodum ego feci vobis,
g *1. Par. 9. 11.* ità, & vos faciatis. [g] Pontifex do-
h *Iſa. 63. 7.* mus Dei [h] largitus eſt eis ſecundum
indulgentiam ſuam, & ſecundum
multitudinem miſericordiarum
i *2. Par. 9. 4.* ſuarum, [i] nec non, & cibaria men-
k *Ge. 50. 21.* ſæ. [k] Conſolatuſque eſt eos, &
l *Gen. 49. 28.* blande, ac leniter eſt locutus. [l]
Benedixitque ſingulis benedictio-
m *1. Cor. 11. 30.* nibus proprijs. [m] Multi infirmi,
n *Act. 2. 46.* & imbecilles [n] ſumebant cibum
cum exultatione, & ſimplicitate
o *Heb. 11. 34.* cordis, [o] Convaluerunt de infirmi-
p *2. Reg. 16. 14.* tate, fortes facti ſunt, [p] & refocila-
q *Zach. 6, 7.* ti ſunt ibi. [q] Qui autem erant ro-
buſtiſſimi exierunt, & quærebant
ire, & diſcurrere per omnem terrã.

Cuius charitatis muneri non ſolum primarij proceres, ac Civitatis Principes, ſed S. R. E. Cardinales ſimulq; Pontifex viſi ſunt manus adhibere.

Peregrinorum pedes abluere, ac menſis miniſtrare, & id genus, alia. Et quod præcipuum eſt etiam Summus Pontifex, non ſine expectantiũ admiratione eadẽ pietatis officia palã exercuit.

Copioſam ſubinde eleemoſynam largiens, & infirmorum menſis benedicens.

Infirmi priſtinæ ſanitati reſtituuntur.

Digitized by Google

CAP. IX.

Fidei propagandæ ſtudio indias peragrare inſtituit, vt ex infidelitatis ſtercore, puriſſimum Fidei aurum, cæleſtibus Ærarijs acquirat. Rem conſulit oratione prævia, & agnita Dei voluntate ne à Roma diſcederet, ibidem totum ſe predicationis muneri mancipat, cuius primus, & præcipuus fructus fuit, notiſſima Hebræorum converſio.

a Ac. 18.27. b 1. Mac. 8.8. c Pſ. 104.13. [a] CVM autem vellet ire [b] regionem Indorum, [c] de Gente in Gentem, & de regno ad Populum alterum, d Ac. 13.47. [d] in ſalutem vſque ad extremum terræ, e Ac. 26.18. [e] aperire oculos eorum, vt convertantur a tenebris ad lucem, & de poteſtate Satanæ ad Deum, vt accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter Sanctos, f 1. Mac. 1.43 [f] vt eſſet omnis Populus vnus, & relinqueret vnuſquiſque legem ſuam. g Luc. 10. 1. [g] Poſt hæc autem deſignavit alios, h Mar. 3.14. [h] vt mitteret eos prædicare. i Luc. 10. 2. [i] Meſſis quidem multa, operarij autem pauci, k 1. Reg. 23. 2. [k] Conſulvit ergo Dominum dicens: Numvadam? l Pſ. 24. 4. [l] Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua,

Statuit in Indias proficiſci.

Diſcipulos præparat, vt ad hoc munus ſe accingant.

m *Pſ.* 50.15. tua, & doce me. [m] Docebo iniquos
vias tuas, & impij ad te converten-
n *Iod.* 17. 3. tur, [n] vt cognoſcant te ſolum
Deum verum, & quem miſiſti Ie-
o *Eccl.* 24. 44. ſum Chriſtum, [o] quoniam doctri-
nam, quaſi antelucanum illumino
omnibus, & enarrabo illam vſque
ad longinquum. Penetrabo omnes
INFERIORES PARTES TER-
RÆ, & inſpiciam omnes dormien-
p *Iod.* 13.37. tes. [p] Animam meam pro te po-
q 1. *Theſſ.* 5. 18. nam, [q] Hæc enim eſt voluntas
r *Exo.* 11. 2. Dei, [r] vt poſtulet vir ab amico
ſ 1. *Reg.* 22. 10. ſuo, [ſ] qui conſulvit pro eo Domi-
t 1. *Reg.* 2. 27 num. [t] Venit autem vir Dei ad
Auguſtinum Ghetinum, & ait ad
u *Rom.* 15. 25 eum: [u] Nunc igitur proficiſcar [x]
x *Luc.* 1. 77. ad dandam ſcientiam ſalutis Plebi
eius in remiſſionem peccatorum
y *Iere.* 51. 45. eorum, [y] vt ſalvet vnuſquiſque
z *Ioan.* 3. 24. animam ſuam [z] (nondum enim
a 1. *Cor.* 16. 4. miſſus fuerat Ioannes) [a] quod ſi
b *Act.* 25. 11. dignum fuerit, vt ego eam [d] non
c *Rut.* 4. 4. recuſo mori, [c] ſin autem diſplicet
tibi, hoc indica mihi, vt ſciam
d *Eccl.* 38. 9. quid facere debeam, [d] ſed ora Do-
e 2. *Par.* 32. 24. minum. [e] Oravit Dominum, ex-
f *Iob.* 1. 1. audivitque eum [f] (erat vir ille ſim-
plex, & rectus, ac timens Deum,
g *Theſſ.* 5. 23. & recedens à malo,) [g] ipſe autem
h 1. *Mac.* 15. 28. Deus pacis [h] Miſit ad eum vnum
de amicis ſuis, vt tractaret cum

Rem aperit amico, vt Deum oret, & pro rei momento conſilium præbeat.

Miſit Ioannem Evangeliſtam.

 ipſo

Digitized by Google

i 2. *Reg.* 24. 12. ipſo dicens: [i] Vade, & loquere ad
k *Luc.* 12. 59. *Philippum* hæc dicit Dominus: [k]
l *Rut.* 2. 8. Dico tibi non exies inde: [l] nè vadas
in alterum agrum ad colligendum,
m *Iud.* 21. 22. ne recedas ab hoc loco, [m] ſic eum,
m 1. *Re.* 1. 22. volo manere, [m] & maneat ibi iugi-
n *Mar.* 4. 29. ter, [n] quoniam adeſt meſſis. [o] Cum
o *Act.* 7. 17. autẽ appropinquaret tempus pro-
p *Luc.* 7. 24. miſſionis, quam confeſſus erat; [p]
q *Gen.* 12. 7. cœpit de IOANNE dicere, [q] qui
r *Ioan.* 10. 14. apparuerat ei, [r] omnia autem quę-
cumque dixit Ioannes de hoc vera
ſ 1. *Tim.* 3. 15. erant, [ſ] vt ſcias quomodo oppor-
t 3. *Reg.* 20. 22. teat in domo Dei converſari. [t] Va-
de, & confortare, & ſcito, & vide
u *Matth.* 17. 14. quid facias. [u] Bonum eſt nos hic
x *Eſth.* 4. 16. eſſe. [x] Vade, & CONGREGA
z 1. *Petr.* 2. 15. OMNES, [z] quia ſic eſt voluntas
a *Eſt.* 15. 18. Dei, [a] & plenè examinata eſt: [b] ſic
b *Act.* 23. 11. te oportet, & ROMÆ teſtifica-
c *Rom.* 1. 7. ri, [c] omnibus qui ſunt Romæ dile-
d 2. *Reg.* 18. 3. ctis, [d] melius eſt igitur vt ſis nobis
e *Eph.* 3. 3. in VRBE, [e] quoniam ſecundum
reuelationem notum mihi factum
f 2. *Reg.* 17. 15. eſt. [f] Hoc, & hoc modo conſilium
g *Iud.* 12. 1. dedit, [g] & iuſſit illic manere. [h] Quo
h *Mar.* 2. 8. ſtatim cognito ſpiritu ſuo, [i] acquie-
i 4. *Re.* 16. 9. vit voluntati eius, [k] manifeſta Dei
k 2. *Mac.* 3. 28. cognita virtute, [l] ſtatuit in corde
l 1. *Cor.* 7. 37. ſuo firmus, [m] in diſciplina perſe-
m *Iob.* 12. 8. verare, [n] & in Civitate ſanctifica-
n *Eccl.* 24. 15 ta ſimiliter. [o] Hæc eſt Civitas glo-
o *Sap.* 2. 18. rioſa

Monachus revelationẽ Philippo pãdit, & Indias eius Romæ futuras demonſtrat.

Digitized by Google

p *Gen.* 16. 2. rioſa habitans in confidentia. [p]
Cumque ille acquieſceret depre-
q *Mat.* 4. 17. r *Act.* 8. 6. canti, [q] exinde cæpit prædicare, [r]
intendebant autem turbæ his, quæ
à PHILIPPO dicebantur, vnani-
ſ *Act.* 18. 25. mitèr audientes. [ſ] Hic erat edoc-
tus viam Domini, & feruens ſpi-
ritu loquebatur, & docebat dili-
t *Act.* 12. 24. gentèr ea, quæ erant Ieſu: [t] Ver- Hebræorum familias ad Fidem reducit.
bum autem Domini creſcebat, &
u *Act.* 9. 22. multiplicabatur, [u] multo magis
conualeſcebat, & confundebat
x *Act.* 19. 8. Iudæos, [x] diſputans, & ſuadens
y *Ioan.* 12. 21. de Regno Dei. [y] Hi ergo acceſſe-
y *Ac.* 26. 22. runt ad PHILIPPVM, qui erat [y]
teſtificans minori, atque maiori
nihil extra dicens, quam ea, quæ
Prophetæ loquuti ſunt futura eſſe.
z *Act.* 8. 35. [z] Aperiens autem PHILIPPVS os
a *Mar.* 16. 14. ſuum, & incipiens à Scriptura, [a]
exprobauit incredulitatem eorum,
b 2. *Mac.* 15. 9. & duritiam cordis. [b] Alloquutus
eſt eos de lege, & Prophetis, ad-
monens etiam certamina, quæ fe-
cerunt priùs, promptiores conſti-
tuit eos, & ita animis eorum erec-
tis ſimul oſtendebat gentium falla-
ciam, & iuramentorum præuari-
cationem, ſingulos autem illorum
ornauit non clypeo, & haſtæ mu-
nimine, ſed ſermonibus optimis,
c *Ac.* 26. 24. & exortationibus. [c] Hæc loquente

 eo,

Digitized by Google

d Act. 13. 3. eo, & rationem reddente, [d] cumque dimiſſa eſſet Synagoga, ſequuti ſunt multi Iudæorum, & colentium
e Act. 8. 12. Deum, [e] cum vero credidiſſent PHILIPPO Evangelizanti de regno Dei, & in nomine Ieſu baptizabantur viri. [f] Audivit enim quod appellati ſunt Iudæi à ROMANIS amici, & ſocij, & fratres, quia ſuſceperunt [g] mandata Dei, & fidem Ieſu. [h] Iudæus autem quidã, [i] credidit: & cum baptizatus eſſet ADHEREBAT PHILIPPO, [k] & baptizatus ipſe, & omnis domus eius. [l] Ita fortitèr creſcebat Verbum Dei, & confirmabatur, [m] qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

f 1. Mac. 14. 40.
g Ap. 14. 12.
h Ac. 18. 24.
i Act. 8. 13.
k Ac. 16. 8.
l Act. 19. 20.
m 1. Ti. 2. 4.

Et eius monitis luſtrali abluuntur aqua.

quorum alter Philippo præcipue adheret.

CAP. X.

Intra Romæ fines, zelo fidei inſurgit contra hæreſes, quæ in dies in Aquilone graſſabantur. Ideò Baronio Congregationis Patri Annales ſcribere imperat.

a Sap. 6. 18. [a] INitium enim illius veriſſimæ eſt diſciplinæ concupiſcentia
b 1. Mac. 2. 26. Cura ergo diſciplinæ dilectio eſt. [b]
c 1. Mac. 3. 4. Zelatus eſt legem, [c] ſicut catulus Leonis rugiens in venatione, &

Hæreſis profligandæ cauſa.

per-

Digitized by Google

perſequutus eſt iniquos perſcru-
d 1. *Mac.* 3. 58. tans eos, [d] adverſus Nationes has,
quæ convenerunt adverſus nos,
e *Iſa.* 59.17. diſperdere nos, & ſancta noſtra. [e]
Indutus eſt iuſtitia, vt lorica, &
f *Ier.* 6.1. galea ſalutis in capite eius, [f] quia
g *Pſ.* 105.29. malum viſum eſt ab Aquilone, [g]
h *Act.* 5.17. & multiplicata eſt in eis ruina, [h]
i *Gen.* 20.3. quæ eſt hæreſis. [i] Venit autem *Philippus* ad *Baronium* per ſom- Per viſionem imperat Baronio, vt Annales ſcribat.
k *Ex.* 17.14. nium nocte, & ait illi: [k] Scribe hoc
ob monimentum in libro, & trade
l *Eſt.* 6.1. auribus. [l] HISTORIAS, & AN-
m 1. *Eſd.* 4. 15. NALES priorum temporum, [m] vt
recenſeas in libris hiſtoriarum
patrum tuorum, & invenies ſcrip-
o *Eſt.* 9.20. tum in commentarijs. [o] *Baronius*
autem quod geſtum erat ſcripſit in
p 2. *Mac.* 2. 26. commentarijs, [p] vt eſſet animi Obtemperat Baronius.
oblectatio, ſtudioſis verò: vt faci-
liùs poſſint memoriæ commenda-
re: omnibus autem legentibus vtili-
q *Eze.* 24.12. tas conferatur, [q] multo labore ſu-
r 2. *Cor.* 11. 27. datum eſt, [r] in labore, & erumna, Opuſque exactum eſt.
ſ 2. *Mac.* 7. 18. in vigilijs multis, [ſ] & digna admi-
t 2. *Mac.* 2. 25. ratione facta ſunt in nobis. [t] Con- Cuius labor æquavit vtilitatem.
ſiderantes enim multitudinem li-
brorum, & difficultatem volenti-
bus aggredi narrationes hiſtoria-
rum propter multitudinem rerum:
u 1. *Mac.* 14. 23. [u] & ponere exemplum ſermonum
eorum in ſegregatis populi libris,

Digitized by Google

x 2. Mac. 2. 13. Vt ſit ad memoriam populo. [x] Inferebantur autem in deſcriptionibus, & commentarijs hæc eadem, & qualitèr conſtruens Bibliothecam congregavit de regionibus libros, [y] omnia, quæ geſta ſunt; [z] ſimilitèr autem ea, quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, vt ſunt apud nos. [a] Etenim intellectum colligere, & ordinare ſermonem, & curioſius partes ſingulas quaſque diſquirerè, hiſtoriæ congruit Auctori.

y Tob. 9. 7.
z 2. Mac. 2. 14.
a 2. Mac. 2. 31.

C A P. XI.

Grandæuus ætate, ſicut, & virtute Baronius, mortem ſibi prænunciat, &, dum moraretur in agro, ne moreretur in ipſo, Romam redit, ſummaque populi veneratione ibidem occidit, & tumulatur.

[a] ERat quippe homo [b] plenus ſapientia, & perfectus, [c] in multis expertus, [d] & erogavit pecunias multas, [e] ſenex enim erat vir, & grandævus, & ipſe indicavit [f] diem mortis ſuæ, [g] Exijt ab VRBE ROMA, & aſcendit cum paucis viris, [h] cumque appropinquans cerneret diem mortis ſuæ, [i] ſur-

a 2. Par. 26. 10.
b Eſ. 28. 12.
c Eccl. 34. 9.
d 1. Mac. 14. 31.
e 2. Reg. 14. 38.
f 4. Reg. 15. 5.
g 1. Mac. 7. 1.
h Ge. 47. 29.
i Dan. 3. 91.

Mortis ſuæ praſcius Baronius, Romam petit

Digitized by Google

ſurrexit propere, & ait optimati- Sæpius repe-
k Luc.14.33. bus ſuis, [k] quia non capit Prophe- tens:
l 2. Par. 26. 16. tam perire extra Ieruſalem. [l] Sed *Non decet Cardinalem mori in agro.*
cum roboratus eſſet elevatum eſt
m Eccl.27.7. cor eius in interitum ſuum. [m] Sic
n 2. Reg.19. 37. verbum ex cogitatu cordis: [n] ob-
n Ibi. ſecro vt revertar ſervus tuus, & Magno po-
o Ibi. moriar in Civitate, [o] & SEPE- puli concur-
LIAR IVXTA SEPVLCHRVM ſu ſepelitur
p Exo.14.12. PATRIS MEI, [p] quam mori in in Congre-
q Ioan. 45. ſolitudine. [q] Venit ergo in Civita- gatione, vbi
r Ge. 35. 29. tem [r] conſvmptuſque ætate mor- Philippus
tuus eſt, & appoſitus populo ſuo ſepultus eſt.
ſenex, & plenus dierum, & ſepe- Dierum ple-
ſ 2. Par. 20. 32. lierunt eum. [ſ] Ambulavit in via nus, & virtu-
Patris ſui, nec declinavit ab ea fa- tum locu-
ciens, quæ placita erant coram ples in pace
Domino. quiescit.

CAP. XII.

Eximia Philippi in pauperes miſeratio, quibus pecunia, ciboq; ſubvenit. Inter quæ præclara divinæ acceptationis ſigna enituerunt. Primo enim noctu panem deferens, cum in profundam rueret foveam, ab Angelo mirabiliter eripitur.

a Eccl. 3. 15. [a] ELeemoſyna enim Patris non
b Pſ. 106. 9. erit in oblivione, [b] quia ſatia-
c Ibi v. 41. vit animam inanem, [c] & adiuvit
pau-

Digitized by Google

pauperem de inopia, & poſuit ſicut
d Pſ. 106. 6. oves FAMILIAS, [d] & de neceſſi-
e Eccl. 45. 26. tatibus eorum eripuit eos. [e] Panem
ipſis in primis paravit in ſatieta-
f Pſ. 105. 15. tem, [f] & dedit eis petitionem ipſo-
g Iud. 7. 13. rum, [g] & propter hoc vendidit [h]
h Eccl. 12. 12. i Act. 19. 19. plures libros, [i] & computatis pre-
k Pſ. 111. 9. tijs illorum, [k] diſperſit dedit pau-
l Tob. 1. 20. peribus. [l] Eſurientes alebat, nudiſ-
* 2. Cor. 8. 8. que veſtimenta præbebat, * inge-
* Luc. 24. 13. nium bonum comprobans. * Et
ecce duo, * ex his electi ſunt * Prin-
* 1. Par. 23. 4. cipes noſtri, Sacerdotes noſtri, &
* 2. Eſdr. 9. 94. patres noſtri. [m] Pergebat enim ad
m Tob. 1. 15. omnes, qui erant in captivitate,
n 1. Petr. 3. 19. & monita ſalutis dabat eis, [n] his
o 2. Mac. 13. 20. qui in carcere erant. [o] His autem,
qui intus erant neceſſaria mitte-
p Gen. 45. 23. bat, [p] tantundem pecuniæ, & ve-
q Luc. 18. 12. ſtium mittens [q] bis in Sabbatho, [r]
r Pſalm. 77. 25. cibaria miſſit eis in abundantia, [ſ]
ſ Tob. 1. 19. & conſolabatur eos, dividebatque
t Pſ. 9. 20. vnicuique, prout poterat. [t] Deſi-
u Mar. 3. 20. derium pauperum exaudivit, [u] ita
vt non poſſent neque panem man-
x 3. Reg. 3. 20. ducare; [x] & conſurgens intempe-
y Pro. 31. 14. ſtæ noctis ſilentio tulit [y] de longe
z Pſ. 11. 6. portans panem ſuum, [z] propter
miſeriam inopum, & gemitum
a Ioan. 13. 30. pauperum. [a] Exivit continuo, erat
b Pro. 14. 2. autem nox, [b] ambulans recto iti-
c Iſai. 21. 7. nere, [c] vidit currum duorum equi-

tum:

Integras aluit familias.

Inopibus iuvenibus ingenio præditis ſubvenit, ideò libros vendidit, quo preſidio cardinalatum adepti ſunt duo.

In carcere detentos.

Bis in hebdomada ſubveniebat.

Digitized by Google

d Iud. 14. 7. tum : [d] egreſſi ſunt cum grandi ſtre-
e Iere. 23. 10. pitu, [e] factus eſt curſus eorum ma-
f Num. 9. 22. lus. [f] Statim autem, vt receſſiſſet [g]
g Eze. 26. 10.
h Ier. 26. 21. à ſonitu equitum, & rotarum, [h]
i Eze. 3. 13. audivit *Philippus*, & timuit [i] vo-
cem rotarum ſequentium anima-
lia, & vocem commotionis ma-
k 1. Re. 4. 4. gnæ. [k] Cumque feſtinaret, vt fu-
l 2. Reg. 18. 18. gerent, cecidit [l] in foveam gran-
m 3. Re. 19. 5. dem: [m] Et ecce Angelus Domini
n Dan. 14. 35. tetigit eum, [n] & apprehendit eum
Angelus Domini in vertice eius,
& portavit eum capillo capitis ſui,
n Ibi. [n] poſuitque eum ſuper lacum in
o Da. 14. 40. impetu ſpiritus ſui [o] (extraxit eum
p Iud. 12. 8. de lacu) [p] vt dirigeret viam eius ad
q 2. Reg. 22. 33. liberationem. [q] Et complanavit
r Dan. 10. 21. perfectam viam, [r] quod expreſſum
ſ Pſ. 36. 24. eſt in ſcriptura veritatis : [ſ] cum ce-
ciderit, non collidetur, quia Do-
t Matt. 4. 6. minus ſupponit manum ſuam: [t]
ſcriptum eſt enim, quia Angelis
ſuis mandavit de te, & in manibus
tollent te, ne forte offendas ad la-
u Dan. 6. 23. pidem pedem tuum. [u] Eductuſque
eſt *Philippus* de lacu, & nulla leſio
inventa eſt in eo, quia credidit Deo
x 1. Reg. 24. 8. ſuo. [x] Porrò exurgens de ſpelunca,
y Act. 8. 39. pergebat cœpto itinere, [y] ibat au-
z Ac. 24. 17. tem per viam ſuam gaudens, [z]
a Ac. 12. 10. eleemoſynas facturus in gentem, [a]
& cõtinuo diſceſſit Angelus ab eo.

Impetum concitati currus fugiens, in foveam altam incidit.

Angelus è lacu capillis ſeorſum extraxit Philippum, qui ſervatus incolumis.

CAP.

CAP: XIII.

Rurſus eadem pia charitatis officia exercens, Angelo, ſub ſpecie pauperis, eleemoſynam præbet.

a 2. Eſd. 9.18 [a] CLemens, & miſericors, lon-
ganimis, & multæ miſera- Apparet Angelus Philippo in ſpecie pauperis.
b Pſ. 54. 21. tionis, [b] extendit manum ſuam in
c Act. 10. 2. retribuendo, [c] faciens eleemoſynas
d Ioel. 2. 13. multas plebi, [d] quia benignus, &
e Iud. 13. 3. miſericors eſt. [e] Cui apparuit An-
f 1. Reg. 15. 12. gelus Domini. [f] Cumque de nocte
g Tob. 5. 5. ſurrexiſſet, vt iret, [g] tunc egreſſus,
invenit iuvenem ſplendidum ſtantem, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum, & ignorans quod Angelus Dei eſſet, ſalutavit
h Act. 3. 5. eum, [h] ſperans ſe aliquid accepturum
* Ioan. 12. 29. rum* Angelus ei locutus eſt; [i] ego
i Pſ. 39. 18. autem mendicus ſum, & pauper. [k]
k Iud. 9. 3. Subveni, quæſo te; [l] Ex ſubſtantia
l Tob. 4. 7. tua fac eleemoſynam. [m] Intret po-
m Pſ. 118. 170. ſtulatio mea in conſpectu tuo. [n] Da
n Iud. 4. 19. mihi obſecro paululum, [o] propter
o Iſa. 55. 5. Dominum Deum tuum, & Sanctum
c 1. Mac. 14. 28. tus grandis nimis virorum, c in
conventu magno Sacerdotum, &
populi, & Principum gentis, &
ſeniorum regionis nota facta ſunt
d Ioſu. 6. 13. hæc, d vulgus autem reliquus ſe-
e 1. Mac. 9. 39. quebatur, e & viderunt, & ecce
tumultus, & apparatus multus, &
Pontifex proceſſit, & amici eius,
f 1. Mac. 14. 39. & fratres. f Secundum hæc fecit
amicum ſuum, & glorificavit eum
g Pſ. 73. 5. gloria magna. g Poſuerunt ſigna
ſua,

Quo advenięte, pompa celebris inſtituitur ad D. Petri Baſilicā purpurato Cardinalium cætu, tum aliorum Antiſtitum, & ſecularis Reipublicæ Principum Ordine pręeunte.

In Vaticanū

Iſrael: *de Eccleſia.*

h *Num.*2.2. ſua, [h] ſigna, atque vexilla, [i] &
i 1.*Mac.*7.47
l 2.*Par.*6.13. attulerunt, & ſuſpenderunt [l] in
m *Ioſu.*6.5. medio BASILICÆ, [m] ſicut diſpo-
n 2.*Reg.*7.1. ſitum erat. [n] Factum eſt autem
o *Zach.*6.13. cum ſediſſet [o] Sacerdos ſuper ſolio
p 1.*Reg.*20. ſuo: [p] ſuper CATHEDRAM
25. SVAM, ſecundum conſuetudi-
q *Eſt.*2.18. nem, [q] iuxta magnificentiam
r *Pſ.*118.23. principalem, [r] (etenim ſederunt
ſ *Ezec.*40.16. Principes [ſ] vndiq; per circuitum,
t 4.*Reg.*10.5. ſimiliter autem erant, & [t] Præfe-
u *Eſt.*8.9. cti civitatis, & maiores natu, [u]
x *Eſt.*9.3. Procuratoreſq; & iudices; [x] nam
Provinciarum iudices, & duces,
& Procuratores omniſque digni-
y *Iob.*29.21. tas [y] expectabant ſententiam, &
z *Mat.*20.20 intenti tacebant) [z] Tunc acceſſit
a 2.*Mac.*11. ad eum [a] PROCVRATOR, &
1. propinquus, & negotiorum præ-
b *Marc.*1.40. poſitus, [b] deprecans eum, & ge-
c *Ioan.*17.1. nuflexo dicit: [c] Pater venit hora,
d *Tob.*8.6. clarifica, [d] pariter INSTAN-
e *Luc.*16.6. TER; [e] ſede cito ſcribe: [f] ſit no-
f *Iud.*10.8. men *Philippi* IN NVMERO
SANCTORVM, ET IVSTO-
g 2.*Mac.*12. RVM ([g] vehementer inſtabat, [h]
23.
h 2.*Cor.*8.7. omni ſolicitudine inſuper & chari-
i 2.*Cor.*8.11. tate) [i] vt quemadmodum promp-
tus eſt animus voluntatis, ita ſit,
k 1.*Par.*29. & perficiendi ex eo. [k] Præcepit
20. autem *Pontifex* vniverſæ Eccleſię,
l *Exo.*8.8. [l] dixit eis: orate Dominum [m] Spi-
m *Ioa.*15.26.

Vexilla Philippi teſtudine Templi ſuſpenduntur.

Inſtat primo (vt mos eſt) Procurator cauſę Canonizationem ſolito verbo, *inſtanter*.

Secretarius loco Santiſſimi Populũ loquutus eſt, vt oraret vt propitius fieret Spiritus veritatis.

Digitized by Google

ritum veritatis, qui à Patre proce-
n 1. *Mac.*14. dit,[n] vt cura eſſet illi pro Sanctis.
o *Iud.*4.17. [o] Et ex toto corde ſuo omnes ora- Orat Populus.
p *Iud.*6.15. bant Deum: [p] reſpice ad noſtram
humilitatem, & faciem SAN- *Quinq; Sanctorum.*
CTORVM tuorum attende, &
q *Mar.*6.20. oſtende [q] Virum iuſtum, & San-
* *Tit.*2.8. ctum * Benignum, Prudentem, Prudẽtis cõgnomine à S.Rit.Cong. eſt vocatus.
r 1.*Pet.*2.4. Sobrium, Iuſtum, Sanctum, [r] à
Deo autem electum, & honorifi-
ſ *Ion.*3.6. catum. [ſ] *Pontifex* ſurrexit de ſolio,
t *Act.*20.36. & [t] poſitis genibus ſuis, oravit
v *Eccl.*50.20. cum omnibus illis, [v] & amplifica-
verunt pſalentes in vocibus ſuis,
& in magna Domo auctus eſt ſo-
x 3.*Reg.*54. nitus ſuavitatis plenus. [x] Factum
eſt autem cum compleſſet *Ponti-
fex*, orans Dominum, omnem
orationem, & deprecationem,
hanc, ſurrexit de conſpectu altaris
Domini; vtrumque enim genu in
y 1.*Eſd.*10.1 terram fixerat. [y] Sic ergo orante,
z *Act.*1.8. & implorante eo Deum, & [z] vir-
tutem ſupervenientis Spiritus San-
a *Marc.*2.23. cti, [a] factum eſt iterum, cum [b] &
b 3. *Reg.* 16. 11. ſediſſet ſuper ſolium, [c] acceſſit ad
c *Mat.*17.14. eum homo genibus provolutus; [d]
d *Ioa.*8.12. e 2.*Mac.*3.7. iterum ergo loquutus eſt, [e] qui Rogat ſecũdo Procurator. *inſtantius*, vt pro more eſt.
f 2.*Reg.*12.6. erat ſuper negotia eius, [f] eo quòd
g *Iud.*20.39. fecerit verbum iſtud, [g] & IN-
h 1. *Par.* 14. 14. STANTIVS. [h] Conſuluitque
i *Exo.*15.1. rurſum *Pontifex* Deum; & [i] tunc
ceci-

Digitized by Google

cecinit, & filij Iſrael carmen Do-
k 3. *Reg.* 8. 28. mino, & [k] hymnum, & oratio-
l *Tit.* 3. 5. nem [l] renovationis Spiritus San-
m *Matt.* 26. 30. cti. [m] Et hymno dicto, [n] ſeditque
n 1. *Par.* 29. 23. ſuper ſolium Domini, [o] Tunc ac-
cedens tribunus, [p] qui erat præfe-
o *Act.* 21. 33. ctus ſuper [q] iudicium, & cauſam,
p 4. *Reg.* 25. 19. [r] quærens ſententiam Dei, [ſ] ac-
q 2. *Par.* 19. 8.
r *Exo.* 18. 15. cedens ad Primum dixit, [t] ado-
ſ *Mat.* 21. 28. rans, & petens aliquid ab eo: [v]
t *Mat.* 20. 20.
v *Luc.* 11. 2. Pater ſanctificetur nomen [x] Opti-
x *Tob.* 9. 9. mi Viri, & iuſti, & timentis Deū;
y *Eſt.* 3. 9. [y] ſi tibi placet decerne, [z] valde
z 2. *Par.* 16. 10. quippe ſuper hoc [a] inſtanter ope-
a *Eccl.* 9. 10.
b *Act.* 10. 16. rare. [b] Hoc autem factum eſt per
c *Gal.* 3. 14. TER, [c] vt pollicitationem ſpiri-
d *Rom.* 8. 27. tus accipiamus per FIDEM; [d] qui
autem ſcrutatur corda ſcit quid
deſideret ſpiritus, quia ſecundum
e 2. *Mac.* 4. 10 Deum poſtulat pro SANCTIS. [e]
f 1. *Eſd.* 7. 6. Quod cum annuiſſet [f] dedit ei ſe-
cundum manum Domini Dei eius
ſuper eum omnem petitionem
g 2. *Mac.* 3. 10. eius. [g] Tunc Summus Sacerdos
h *Sap.* 3. 13. oſtendit [h] fructum in reſpectione
i *Exo.* 30. 35. animarum ſanctarum; [i] purum,
k *Pſ.* 144. 5. & ſanctificatione digniſſimum: [k]
magnificentiam gloriæ ſanctitatis,
l *Eccl.* 17. 8. [l] vt nomen Sanctificationis col-
laudent, & gloriari in mirabilibus
illius, vt magnalia narrarent ope-
m 2. *Mac.* 3. 23. rum eius, [m] Quod decreverat per-

Pontifex inchoat hymnum: *veni Creator Spiritus*.

Primus: *Pontifex, quia et nemo Dignitate ſuperior in terris*.

Tertio vrget Præfectus, *inſtantiſſime*.

Annuit Pontifex ſupplicanti.

Digitized by Google

n Ioſu.11.20. ficiebat eodē loco;[n] Domini enim
o 1.Par.22.5. ſententia fuerat,[o] vt in cunctis re-
p Iſa.4.3. gionibus nominetur,[p] qui ſcriptus
p Tob.6.20. eſt in vita in Ieruſalem [p] IN CO-
PVLATIONE SANCTORVM
q Dan.4.21. PATRIARCHARVM. [q] Hæc
eſt interpretatio ſententiæ Altiſ-
r Iud.10.8. ſimi *quaſi diceret*: [r] ſit nomen
tuum in numero Sanctorum, &
ſ Ioa.19.35. iuſtorum. [ſ] Ille ſcit, quia vera
t Iud.16.1. dicit, vt & vos credatis. [t] Tunc
u Levi.22.29 cantauit canticum hoc,[u] pro gra-
x 1.Par.29.13. tiarum actione Domino;[x] lauda-
y 2.Eſd.12.41. mus nomen tuum inclitum [y] Et
clare cecinerunt cantores, [z] in
z Ibi. v.45. carmine laudantium, & confiten-
a Ibid. v.27. tium Deo, [a] in actione gratia-
rum, & cantico, & in cymbalis,
b 1.Mac.14.25. & pſalterijs, & citharis. [b] Cum
autem audiſſet Populus Romanus
c Eſt.8.15. ſermones iſtos, [c] omniſque Ciui-
g 2.Par.30.25. tas exultauit, atque lætata eſt, [g]
& hilaritate perfuſa omnis turba,
h Ibidem. [h] tam Sacerdotum, & Leuitarum,
quam vniuerſæ frequentiæ, quæ
i Act.8.8. venerat. [i] Factum eſt, ergo gau-
dium magnum in illa Ciuitate
* Pro.29.2. (* in multiplicatione iuſtorum
k Act.13.52 lætabitur vulgus,)[k] diſcipuli quo-
l Pſ.67.18. que replebantur gaudio, & [l] mul-
m Pſ.150.5. tiplex millia lætantium [m] in cym-
n Ibidem. balis bene ſonantibus, [n] in cym-
ba-

In Ieruſalem: in vtraque Eccleſia.

Terminata ſententia, rurſus præcinit Pontifex hymnū. *Te Deum laudamus*.

Cæperūt Vrbis cymbala perſonare.

Digitized by Google

o 1. Par. 15. 16. balis iubilationis, ° vt reſonaret
p 2. Par. 29. 29. in excelſis ſonitus lætitiæ. p Cumque finita eſſet oblatio, incuruatus eſt *Pontifex*, & omnes, qui
q Matt. 24. 1. erant cum eo, adorauerunt, q &
r Pſ. 18. 6. egreſſus de templo ibat r ipſe, tamquam ſponſus procedens de
ſ 3. Reg. 21. 8. thalamo ſuo. ſ Scripſit itaque literas ex nomine *Philippi*, & ſignauit eas ANNVLO, * & miſit eas ad maiores natu, & optimates, qui erant in Ciuitate eius, & habitabant t per ſingulas Eccleſias. u Rei memoriam literis tradidit x DVODECIMO DIE MENSIS PRIMI. y Iuſſit, vt offerrent holocauſta. z Patre noſtro inter deos translato, a decreverunt cōmuni præcepto, & decreto vniverſæ genti, omnibus annis agere dies iſtos, & b pro feſtis ſuſciperent, & reuertente ſemper anno, ſolemni celebrarent honore, c & idcircò eundem diem conſtituerunt ſolemnem. d Divulgatumque eſt nomen *Philippi* in vniverſis regionibus, e à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, f quod per vniverſum Mundum honoratur, pro ſui veneratione, & ſanctitate. g *Philippus* autem factus

* Ibidem.
t Act. 14. 22.
v Eſt. 12. 4.
x 1. Eſd. 8. 31.
y 2. Par. 29. 27.
z 2. Mac. 11. 23.
a 2. Mac. 10. 8
b Eſt. 9. 21.
c Eſt. 9. 18.
d 1. Par. 14. 17.
e Pſ. 71. 8.
f 2. Mac. 3. 10
g Dan. 13. 64

Canonizationis diploma annulo Piſcatoris inſignitur Inſcribũtur literæ ad perpetuam rei memoriam.

12. die Martij Philippũ in Santorum numerũ retulit.

Inter Deos (hoc eſt) inter Divos.

Officiũ cum Miſſa eodē die quotannis celebrāda inſtituitur.

Digitized by Google

eſt magnus in conſpectu Populi à die illa, & deinceps.

CAP. LVIII.

In Feſto Canonizationis, facta publica ſupplicatione, atque ſolemni, dum Sacerdos concionaretur, innumera populi congregata caterva, ad depictam Philippi imaginem, eloquium huiuſcemodi ipſe protulit: Eia Pater hunc populum dignare benedicere. Res mira! protinus cæleſtem manum protrahens, benedictionem impertitur.

a 2. *Mac.* 6. 10. [a] CVM publicè per Ciuitatem
b 1. *Cor.* 15. 49. circumduxiſſent [b] imagi-
c *Cant.* 3. 11. nem cæleſtis, [c] in DIADEMA- *Circumducitur per Vrbem imago Philippi.*
TE, quo coronavit illum Mater
ſua, in die deſponſationis illius,
d *Iſa.* 63. 1. & in die lætitiæ cordis eius; [d] iſte
formoſus in ſtola ſua gradiens, in
e 2. *Mac.* 3. 18 multitudine; [e] gregatim de do- *Sacerdotali habitu induta.*
mibus confluebant, PVBLICA
SVPPLICATIONE obſecrantes.
f *Iud.* 13. 14. [f] Vocaverunt Presbyteros Ciui-
g 1. *Tim.* 55. 17. tatis, & occurrerunt, [g] qui benè *Summo plauſu, & populi lætitia.*
præſunt Presbyteri duplici hono-
h *Ioſu.* 6. 13. re, [h] populus ibat ante eos, vul-
gus autem reliquum ſequebatur,
i *Gen.* 41. 43. & buccinis perſonabat [i] vt omnes
coram

Digitized by Google

coram eo genuflecterent, & Præ-
k Nu. 16. 21. poſitum eſſe ſcirent vniverſæ [k]
l Iud. 20. 2. Congregationis huius. [l] In Ec-
cleſiam populi Dei convenerunt,
m 4. Reg. 5. 15. [m] cum vniverſo comitatu, [n] ad
n Iud. 9. 51. quam confugerant ſimul viri, ac
mulieres, & omnes Principes ci-
o Act. 9. 10. vitatis. [o] Erat autem quidam di-
p Matt. 4. 17. ſcipulus, [p] exindè cæpit prædica-
q 4. Reg. 8. 4. re, & dicere [q] omnia magnalia,
r Iud. 11. 20. quæ fecit *Philippus*, [r] ſed infinita
ſ Eccl. 17. 7. multitudine congregata, [ſ] poſuit
oculum ſuum ſuper corda illorum,
t Gala. 3. 14. [t] vt in gentibus benedictio fieret.
v Ioa. 6. 5. [u] Cum ſublevaſſet ergo oculos, &
vidiſſet, quia multitudo maxima
venit ad eum, dicit ad PHILIP-
x Deu. 26. 15. PVM: [x] reſpice de Sanctuario tuo,
& de excelſo cælorum habitaculo,
y Iſa. 60. 4. & benedic populo tuo: [y] leva in
circuitu oculos tuos, & vide, om-
nes iſti Congregati ſunt, venerunt
z Gen. 27. 34. tibi; [z] benedic etiam, & mihi Pa-
a Pro. 30. 1. ter. [a] Verba CONGREGAN-
b Act. 26. 1. TIS filij. [b] Tunc *Philippus* ex-
c Eccl. 50. 22. tenſa manu, [c] extulit in omnem
d Ephe. 1. 3. Congregationem filiorum, [d] in
e 3. Reg. 8. 14. omni benedictione ſpirituali, [e] &
benedixit omni Eccleſiæ; omnis
f 2. Reg. 20. 12. enim Eccleſia ſtabat. [f] Vidit hoc
g Dan. 2. d. quidam vir, [g] qui revelat myſte-
h Exo. 2. c. ria, oſtendit, [h] quomodo palam
factum

[k] Reſtituitur Oratorij Templo.

Quidã Oratorij Pater, & Philippi filius de eius laudibus cõcionem habet.

Fervore animi accenſus benedictionem expoſtulat.

Res mira! viſus eſt Philippus (vt quidam vir Dei retulit) manum extendere, & populo benedicere.

Digitized by Google

i *Gen.28.6.* factum eſt. [i] Videns autem quòd
k *Pſ.30.14.* benedixiſſet PATER, [k] in eo
l *Luc.2.20.* dum convenirent ſimul, [l] reverſi
ſunt glorificantes, & laudantes
Deum in omnibus, quæ audierant.

Hæc in vrbe vox cõmunis eſt.

CAP. LIX.

En poſt Canonizationem, è pluribus ſelectũ miraculum. Tranſierat enim Neapoli navicula pelagum, ſed atra tempeſtate obtenebrata, nocte exorta, quidam nauta in pontum labitur, cuius vita ſe mota ſpe, Religioſi Carmelitani Deſcalceati ad orationis portum confugiunt, quorum alij S. Ioſephum, alij verò D. Philippum orant pro lapſo. Res mira! coruſca lux oritur, in qua nautam inter hos divos, à quibus ipſe fulciebatur in navigium, vbi poſuerunt eum, properantem, maxima omnium admiratione intuentur.

a *Act.27.12.* [a] PLurimi ſtatuerunt conſilium
b *Act.28.10.* navigare, [b] impoſuerunt,
c *Iſa.9.1.* quæ neceſſaria erant. [c] Aggra-
d *Mat.14.24* vata eſt via maris, [d] navicula au-
tem in medio mari iactabatur flu-
ctibus; erat enim contrarius ven-
e *Pro.7.9.* tus, [e] in noctis tenebris, & cali-
f *Exo.14.21.* gine [f] flante vento vehementi, &

Orta tempeſtate.

vrente

g *Luc.9.38.* vrente tota nocte, [g] ecce vir de-
h *Iud.5.15.* turba, [h] qui quaſi in præceps, ac
i *Amo.5.1.* barathrum ſe diſcrimini dedit, [i]
cecidit: & non adijciet, vt reſur-
k *Levi.13.12* gat. [k] Sub aſpectu oculorum ca-
l *Pſ.36.36.* dit, [l] & non eſt inventus locus
m *Sap.6.10.* eius, [m] tamquam nobis, quæ tran-
ſijt fluctuantem aquam, cuius cum
prætererit non eſt veſtigium in-
venire, neque ſemitam carinæ il-
n *Act.23.9.* lius in fluctibus. [n] Factus eſt au-
o *1.Mac.5.33.* tem clamor magnus, & [o] clama-
p *Act.10.23.* verunt in oratione, [p] & quidam
q *2.Mac.14.34.* ex fratribus, [q] protendentes ma-
nus in cœlum, invocabant eum,
r *Luc.1.27.* [r] cui nomen erat IOSEPH de
ſ *2.Mac.3.31* Domo David. [ſ] Tunc verò ex
amicis quidam rogabant conſe-
t *3.Reg.13.1.* ſtim, [t] & ecce Vir Dei venit. [u]
v *Act.8.40.* PHILIPPVS autem inventus eſt;
x *Act.25.2.* [x] rogabant eum, poſtulantes gra-
y *1.Cor.4.2.* tiam, [y] vt fidelis quis inveniatur.
z *Ioan.9.30.* [z] In hoc enim mirabile eſt, quia
a *Eſt.8.16.* [a] nova lux oriri viſa eſt, [b] ſeden-
b *Matt.4.16.* tibus in regione, & vmbra mortis,
c *Mat.14.25.* lux orta eſt eis. [c] Venit ad eos,
d *Ibid v.26.* ambulans ſuper mare; [d] turbati
e *Act.9.34.* ſunt, [e] & viderunt eum omnes [f]
f *Eſt.11.3.* inter primos Aulæ regiæ: [g] inter
g *3.Reg.15.19.* Patrem meum, [h] & Patrem Do-
h *Rom.15.6.* mini noſtri Ieſu Chriſti: [i] Ioſeph
i *Matt.1.16.*
k *2.Mac.10.30.* Virum Mariæ. [k] DVO medium
haben-

Nauta in mare labitur.

Oritur clamor in navigio.

Alij S. Ioſephum alij D. Philippũ invocant.

Fidelis, Idē Nauta.

Res mira! vilis eſt homo extrahi à fluctibus hinc à Philippo hinc à Ioſepho.

Armis ſuis eorum protectione.

habentes, armis ſuis circum ſeptũ
l Mar.6.51. incolumem cõſervabant. [l] Aſcen-
dit ad illos in navim, & ceſſavit
ventus, & plus magis intra ſe
m Exo.15.8. ſtupebant. [m] Stetit vnda fluens,
congregatæ ſunt abyſſi in medio
n Matt.8.23 mari, [n] & aſcendente eo in navi-
o Nu.24.25. culam, [o] reverſus eſt in locum
p Act. 18.6. ſuum, [p] excutiens veſtimenta ſua,
q Iere. 23.9. [q] quaſi homo madidus, [r] confe-
r Mar. 5.29.
ſ Dan. 3. 50. ſtim ſiccatus eſt. [ſ] Neque contri-
ſtavit, nec quiſquam moleſtiæ in-
t Tob. 13.3. tulit. [t] Benedictum eſt nomen
v Tob. 3. 22. tuum Deus; [u] non enim delectaris
in perditionibus noſtris, quia poſt
tempeſtatem tranquillum facis.

Madidus nequaquam inuentus eſt.

CAP. LX.

Kalendis Maij in Carboniani oppido, vt in Italia vicis, opidiſque mos eſt, exultante populo, populum altiſſimam erigente, malus vix erectus, cecidit, fugientibus omnibus remanſit puer, quem adeò compreſſit, donec inteſtinis diruptis, magnaq; ſanguinis emiſſione, iacuit exanimis, facta oratione ad Philippi imaginem protinus revixit puer.

a Eſt. 8.9. [a] ERat autem tempus tertij
menſis, qui appellatur Si-
ban

Siban, ideſt Maius. Primo eius mẽſis die.

b Eze.46.6. han, [b] in die autem Kalendarum
c Exo.32.6. [c] ſedit populus manducare, & bi-
d 2. Par. 23. 21. bere, & ſurrexerunt ludere. [d] Læ-
tatuſque eſt omnis populus terræ,
e 1. Reg.20. 35. [e] & Puer parvulus cum eo [f] ſimi-
f Mat.11.16. lis eſt pueris ſedentibus in foro, [g]
g Zach.8.5. infantibus, & puellis ludentibus
h 1.Reg.20. 36. in plateis eius [h] Cumque puer cõ- Cecidit trabs miræ altitudinis,
i Act.13.11. curriſſet, [i] confeſtim cecidit in
k Pſ.73.5. eum, [k] quaſi in ſylua lignorum ſe-
l Iſa.30.17. curibus; [l] quaſi malus navis in
n 2.Reg.20. 10. vertice montis. [n] Percuſit eum in & puerum ſubtus ludẽtem ſupino põdere afflixit, inteſtinis effuſis, omnium iuditio, & re exanimis iacuit.
latere, & effudit inteſtina eius in
o 1. Mac.6. 46. terram, & mortuus eſt. [o] Occi-
dit eum, & cecidit in terram ſu-
p 2.Reg.20. 12. per ipſum, & mortuus eſt illic, [p]
conſperſus ſanguine iacebat in
q Iud.5.20. media via. [q] Reſpiciens vlulabat
r 2. Reg.12. 19. mater eius, & [r] intellexit quod Dolet Mater,
ſ Tob. 10. 4. mortuus eſſet infantulus. [ſ] Flebat
igitur Mater eius irremediabili-
bus lachrymis, atq; dicebat: Heu,
heu me, fili mi, vt quid te miſimus
peregrinari. Lumen oculorum no- Peregrinari; circumire,
ſtrorum, baculum ſenectutis no-
ſtræ. Solatium vitæ noſtræ, ſpem
poſteritatis noſtræ? omnia ſimul
in te vno habentes, te non debui-
t Ibid. v.7. mus dimittere ire a nobis. [t] Illa
autem nullo modo conſolari po-
v Thre.2.11. terat, [v] cum deficeret parvulus, Lactens; tenet.
x Iſa.24.8. & lactẽs in plateis oppidi. [x] Quie-

vit

Digitized by Google

y Ibid.v.7. vit ſonitus lętantium; [y] ingemue-
z 2.Reg.20.11. runt omnes, qui lætabantur; [z] interea quidam viri, cum ſtetiſſent — *Qui aderant cõclamant: deferatur puer ad Philippi altare.*
a Act.6.12. iuxta cadaver, [a] concurrentes ra-
b Luc.7.12. puerunt eum, & adduxerunt: [b] ecce defunctus efferebatur filius vni-
c Mar.6.29. cus matris ſuæ. [c] Venerunt, & tulerunt corpus eius, & poſuerunt
d Levit.5.12 illud [d] ſuper altare in monumen- — *Reponunt ſuper aram.*
e Oſu.10.5. tum eius, [e] quia luxit ſuper eum
f 4.Reg.4.21 populus eius. [f] Aſcendit autem, & collocavit eum ſuper lectulum
g 1.Mac.7.3. hominis Dei, [g] & ſtatuerunt ante — *Super lectulum; hoc eſt, ſuper altare.*
h Ibid. 3.44. faciem altaris, & templi, [h] vt orarent, & peterent miſericordiam,
i Phil.3.10. & [i] VIRTVTEM RESVRRE-
l 4.Reg.4.30. CTIONIS eius. [l] Porro Mater
m 1.Reg.1.10 pueri, [m] cum eſſet amaro animo, oravit ad Dominũ flens largiter,
n Ioa.6.5. & [n] dicit ad PHILIPPVM, [o] qui — *Orat Mater.*
o 1.Petr.1.21
p Amoſ.7.2. ſuſcitavit eum: [p] propitius eſto, obſecro, quis ſuſcitabit quia parvu-
q Tob.11.14. lus eſt? [q] & ſuſtinuit quaſi dimidiã
r Amoſ.7.2. fere horam [r] Miſertus eſt *Philip-*
ſ 3.Reg.15.4. *pus* ſuper hoc, [ſ] vt ſuſcitaret filium
t 1.Reg.1.12. eius. [t] Factum eſt autem cum illa
u Luc.1.10. multiplicaret preces ([v] omnis mul-
x Act.9.40. titudo populi erat orans) [x] ape-
y 4.Reg.6.17. ruit oculos ſuos: [y] aperuit Do- — *Mira res! aperuit oculos puer.*
z Luc.8.55. minus oculos Pueri, & vidit, [z] & reverſus eſt ſpiritus eius, & ſurre-
a Luc.7.15. xit continuo, [a] qui erat mortuus,

&

Digitized by Google

& cæpit loqui, & dedit illum Ma-
b *Exo.2.8.* tri ſuæ,[b] & vocavit matrem ſuam. & palam Matrem vocat.
c *Tob.5.28.* [c] Ad hanc vocem ceſſavit mater
d *Iſa.14.7.* eius flere, & tacuit. [d] Gaviſa eſt,
e *3.Reg.1.53* & exultavit, [e] & eduxit eum ab
f *Luc.2.28.* altari: [f] Accepit eum in vlnas
g *Iſa.51.3.* ſuas. [g] Gaudium, & lætitia inve-
nietur in ea: gratiarum actio, &
h *1. Reg. 1. 26.* vox laudis,[h] *ac ſi diceret*: Ego ſum
illa mulier, quæ ſteti coram te hic
orans Dominum. Pro puero iſto
oravi, & dedit mihi Dominus pe-
titionem meam, quam poſtulavi
i *4.Reg.4.37.* eum. [i] Tulitque filium ſuum, & Quæ ſimul cum vicinis, & populo lætabunda ad Eccleſiã Philippi, gratias de filio habitura, proficiſcitur
k *Luc.15.6.* egreſſa eſt [k] gaudens, & veniens
domum, convocat amicos, & vi-
cinos, dicens illis: Congratulami-
ni mihi, quia inveni ovem meam,
l *Luc.15.24.* quæ perierat; [l] quià hic filius meus
mortuus erat, & revixit; perierat,
m *Act.20.12.* & inventus eſt. [m] Adduxerunt
autem puerum viventem, & con-
n *Luc.18.43.* ſolati ſunt non minime,[n] & om-
nis plebs, vt vidit, dedit

LAVDEM DEO.

Digitized by Google

a 1. *Mac*. 16. 24. a ECce hæc ſcripta ſunt in libro
b *Ioan*. 20. 30 dierum Sacerdotij eius. b
Multa quidem, & alia ſigna fecit
Philippus in conſpectu diſcipulo-
rum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta
in libro hoc. Hæc autem ſcripta
c *Luc*. 7. 16. ſunt, vt credatis, quia c Propheta
d *Eccl*. 45. 1. magnus ſurrexit in nobis; d Ma-
gnus ſecundum nomen ſuum,
MAXIMVS IN SALVTEM
ELECTORVM Dei, expugnare
inſurgentes hoſtes, vt conſeque-
e *Eccl*. 48. 3. rentur Hereditatem: e & deiecit
f *Eccl*. 46. 9. à ſe IGNEM TERRÆ, f ſtare
contrà hoſtem, & prohibere gen-
tem à peccatis, & perfringere mur-
g *Eccl*. 47. 3. mur malitiæ. g Cum leonibus lu-
ſit, quaſi cum agnis, & in vrſis ſimi-
litèr fecit, ſicut in agnis ouvium in
h *Eccl*. 46. 10 iuvẽtute ſua, h a periculis liberati
i *Eccl*. 33. 19. ſunt. i Audite me magnati, &
omnes populi, & Rectores Eccle-
k *Iere*. 27. 16. ſiæ auribus percipite: k ad Sacer-
dotes, & ad Populum iſtum lo-
l *Pſ*. 61. 9. quutus ſum, dicens: l effundite
m *Pſ*. 95. 3. coram illo corda veſtra: m annun-
tiate inter gentes gloriam eius, in
omnibus populis mirabilia eius.
n *Eccl*. 43. 35 n Multa abſcondita ſunt maiora
his: pauca enim vidimus operum
o 2. *Mac*. 15. 38. eius. o In his faciam finem ſer-
monis. Et ſiquidem benè, & vt
hiſto-

Cum peccatoribus, quaſi cum iuſtis conventus eſt, vt in ſalutẽ ipſos revocaret.

Digitized by Google

hiſtoriæ competit, hoc, & ipſe velim: ſi autem minus dignè, concedendum eſt mihi. Sicut enim vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam, contrarium eſt, alternis autem vti delectabile: ità legentibus, ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. Hic ergo erit conſummatus.

Sedenti in Throno, & Agno
Apo.5.13. *benedictio, & honor, &*
gloria, & poteſtas
in ſæcula ſæcu-
lorum.

Digitized by Google

B. P. Philippo Nerio, Presbytero, pro elaborato opere humilis ab Authore gratiarum actio.

a Mat.11.25 [a] CONFITEOR tibi Pater,
b Iob.31.18. [b] quia ab infantia mea,
c Pro.27.5. crevit mecum [c] amor abſcondi-
d Pſ.21.15. tus: [d] factum eſt cor meum tam-
e Iob.32.19. quam cera liqueſcens, [e] quaſi mu-
ſtum abſque ſpiraculo, quod la-
f Marc.4.22. gunculas novas diſrumpit. [f] Non
eſt enim aliquid abſconditum,
quod non manifeſtetur: nec factū
eſt occultum, quod non veniat in
g Io.16.32. palam. [g] Ecce venit hora, & iam
h 2.Cor.4.10 venit, [h] vt & VITA manifeſte-
i Act.20.22. tur. [i] Nunc ecce alligatus ego
k Tob.8.19. ſpiritu, [k] ſacrificium tibi laudis
tuæ, & tuæ ſanctitatis offerre, vt
cognoſcat vniverſitas gentium,
l Eccl.36.4. quia [l] ſicut enim in conſpectu eo-
rum ſanctificatus es in nobis, ſic in
conſpectu noſtro magnificaberis
in eis, vt cognoſcant te, ſicut &
m Eccl.11.34. nos cognovimus. [m] A ſcintilla
n Iſa.19.20. enim vna augetur ignis, [n] & erit
o 2.Tim.1.7. in ſignum, & in teſtimonium [o]
p Apo.3.9. virtutis, & dilectionis, & [p] ſcient
q Sap.8.21. quia ego dilexi te, [q] ex totis præ-
r Gen.44.22. cordijs meis. [r] Non poteſt puer
ſ Eccl.11.30. relinquere Patrem ſuum, [ſ] quo-

niam

Digitized by Google

niam in filijs ſuis agnoſcitur Vir.
t Ioan. 7. 4. [t] Manifeſta te ipſum mundo: [u] iu-
u Dan. 13. 50 dica nobis, quia TIBI DEVS
DEDIT HONOREM SENE-
x Ioa. 11. 41. CTVTIS. [x] Pater gratias ago
y Ioan. 17. 4. tibi, quoniam [y] ego te clarificavi
ſuper terram: opus conſummavi,
z Ioa. 17. 6. quod dediſti mihi, vt faciam. [z]
Manifeſtavi nomen tuum homi-
a Ioa. 17. 5. nibus, & [a] nunc clarifica me tu *Clarificas opus illuſtra.*
b Hab. 3. 2. Pater: [b] Opus tuum in medio an-
norum vivifica illud; in medio an-
c Deut. 22. 4. norum notum facies, [c] non deſpi-
d Iſai. 12. 2. cies, ſed ſublevabis: [d] fiducialiter
e Ioa. 17. 13. agam, & non timebo. [e] Nunc
autem ad te venio, & hæc loquor;
f Gen. 33. 10. [f] Obſecro, ſed ſi inveni gratiam
in oculis tuis, accipe MVNV-
SCVLVM de manibus meis, ſic
enim vidi faciem tuam, quaſi vi-
derim vultum Dei; eſto mihi pro-
g Ier. 31. 16. *h Sap. 9. 4.* pitius: [g] FILIO NERI, [h] & noli
me reprobare à pueris tuis, quo-
niam ſervus tuus ſum ego, & fi-
i Luc. 16. 27. *k Mar. 6. 25.* lius. [i] Rogo ergo te Pater, [k] vt
l 1 Mac. 12. 20 protinus des [l] SACERDOTI *Sanctiſſimo*
m 2. Mac. 14. 36. MAGNO SALVTEM. [m] Con- *D. N. Innocentio Papæ*
n Act. 23. 4. ſerva in æternum [n] SVMMVM *XI Indulgeat Optime*
o Iob. 22. 12. SACERDOTEM DEI. [o] Super *Parens.*
p Deut. 15. 16. ſtellarum verticem ſublimetur, [p]
eo quòd diligat te, & Domum
tuam, & bene ſibi apud te eſſe ſen-

Digitized by Google

q 2.Reg.14.9 tiat, q & Thronus eius ſit INNO-
r 2.Reg.1.31 CENS. r Vivat Dominus meus
* 1.Reg.10.24. in æternum: * vivat Rex, ſ co- Hiſpaniarū Rex Fidei firmamentū.
ſ 1.Tim.3.15 lumna, & firmamentum veritatis,
t Heb.10.22. t cum verò corde, & plenitudine
u 1.Cor.15.25. Fidei. u Oportet autem illum re-
x Matt.28.20. gnare, x omnibus diebus, vſque Eccleſiæ, & Coronæ inimicos proſternet.
y Eccl.35.23 ad conſummationem ſæculi, y do-
nec tollat plenitudinem ſuperbo-
rum, & ſceptra iniquorum contri-
z 3.Reg.2.33 bulet. z Semini eius, & Domui,
& throno illius ſit pax vſque in
a Mich.4.5. æternum à Domino; a in æternū,
b Tob.12.4. & vltra. b Sed peto te, mi Pater, Interpolłet Optimus Parẽs pro vtroque ſtatu Eccleſiaſtico ſcilicet, & ſeculari, vniverſa Civitate, & Valentino Regno
c 2.Mac.13.14. vt roges eum c pro legibus, Tem-
plo, Civitate, Patria, & civibus,
d Pſ.84.10. d vt inhabitet gloria in Terra no
e Gen.24.7. ſtra: e Terra nativitatis meæ. f
f Ioan.17.25 Pater iuſte, g finem loquendi pa-
g Eccl.12.13
h Eccl.1.8. riter omnes audiamus. h Cunctæ
res dificiles: non poteſt eas homo
explicare ſermone. Non ſatura-
tur oculus viſu, nec auris auditu
i Mat.11.26. impletur. i Ita Pater, quoniam
k Pſ.118.122 ſic fuit placitum ante te, k ſuſcipe
ſervum tuum in bonum: non ca-
l Tob.3.14. lumnientur me ſuperbi. l Ad te
faciem meam converto, ad te
m Tob.4.3. oculos meos dirigo: m cum acce-
n 3.Reg.19.20. perit Deus animam meam (n oſ-
o Eccl.7.36. culet, oro, Patrem meum) o per-
ficiatur propitiatio, & benedictio
tua.

Digitized by Google

p *Pſ.* 34. 3. tua. p Dic animæ meæ: q Reddat
q *Rut.* 2: 12. tibi Dominus pro OPERE tuo,
& plenam mercedem recipias à
r 1. *Reg.* 20. 14. Domino Deo Iſrael. r Si vixero,
facies mihi miſericordiam Domi-
ni; ſi vero mortuus fuero non au-
feres miſericordiam tuam à Do-
mo mea vſque in ſempiternum.
ſ 1. *Cor.* 15. 54. ſ Tunc fiet ſermo, qui ſcriptus *Sermo fiet Per accommodationē non literam*
t *Zach.* 10. 6. eſt: t & Domum Ioſeph ſalvabo.

LAVS DEO.

INDEX

CAPITVM, ET PARAGRAPHORVM, Quæ in hoc Opere continentur.

NAtivitas Philippi, Parentes, Fratrum Sororumque ſeries, baptiſmus, educatio, ſenilis in puero virtus, & eximium numen, quod ei præclarum meruit celebritatis nomen. CAP. I. *pag.* 1.

Aſellum cum adhuc puer inſideret, improvidus in cellam per ſcalæ gradus præceps ruit, unde mirabiliter muliere ſubveniente, ereptus. CAP. II. 4.

Mira in incendio Paternæ domus Philippi patientia. CAP. III. 5.

Paterno egreditur ſolo, & iuſſu Parentis, oppidum S. Germani petit, vt Patrui mercaturæ incubat: Spiritu verò ad maiora in dies propellēte Patrui ædes, & hæreditariā ſpē relinquens, Romā proficiſcitur. CAP. IV. 6.

Sublimis Extitit in Philippo humilitas, cuius iam à puero memoranda eſt, etiam in ea ætate, matura ratio, qua Genealogiæ ſeriem, & depicta maiorum ſtemmata, ſeriò irridens, hilariſque, diſcidit; maluit enim in vitæ libro adſcribi, quàm in folio vanitatis, quod vento rapitur, exarari. CAP. V. 8.

Mira cordis palpitatio, & ignei amoris vis, qua Deus vt ampliorem ſphæram in corde Philippi ſibi faceret, geminas è latere coſtulas diſrupit, ſingulari natura ſimul, ac gratiæ miraculo. CAP VI. 10.

Sodalitium Sanctiſſimæ Trinitatis, in quo ægri, & peregrini reficiantur inſtituit. CAP. VII. 15.

Quinimo ægri ex noſocomijs recens dimiſſis, hoc ſodalitio reficiuntur. CAP. VIII. 18.

Fidei

Fidei propagandæ ſtudio indias peragrare inſtituit, vt ex infidelitatis ſtercore, puriſſimum Fidei aurum, cœleſtibus Ærarijs acquirat. Rem conſulit oratione pravia, & agnita Dei voluntate ne à Roma diſcederet, ibidem totum ſe prædicationis muneri mancipat, cuius primus, & præcipuus fructus fuit, notiſſima Hebræorum converſio. CAP. IX. 20.

Intra Romæ fines, zelo fidei inſurgit contra hæreſes, quæ in dies in Aquilone graſſabantur. Ideò Baronio Congregationis Patri Annales ſcribere imperat. CAP. X. 24.

Grandæuus ætate, ſicut, & virtute Baronius, mortem ſibi prænũciat, & dum moraretur in agro, ne moreretur in ipſo, Romam redit, ſummaque populi veneratione ibidem occidit, tumulatur. CAP. XI. 26.

Eximia Philippi in pauperes miſeratio, quibus pecunia, ciboque ſubuenit. Inter quæ præclara divinæ acceptationis ſigna enituerunt. Primò enim noctu panem deferens, cum in profundam rueret foveam, ab Angelo mirabiliter eripitur. CAP. XII. 27.

Rurſus eadem pia charitatis officia exercens, Angelo, ſub ſpecie pauperis, eleemoſynam præbet. CAP. XIII. 30.

Illuſtris, ac illibata Philippi caſtitas, eiuſque ſingularis, ac integra virginitas. CAP. XIV. 31.

Nocte quadam indigentia compulſus, apud amicum manſit; dum ergo iuvenis inſomnis in lectulo quieſceret, mulier̃cula amici famula, formoſa corpore, mente verò deformis cubiculum latenter intrat, vt illũ ad peccandũ blanditijs, ſuavibuſq; verbis alliciat, ſed Chriſti miles non clypeo, haſtaque munitus, ſed ſola orationis face tenebroſum fugavit ignem. §. I. 33.

Per eadem ferè tempora Philippum advocant iniqui qui-

dam viri, honeſtatis prætextu, vt Virginitatis eius flos emarceſceret candidiſſimus. Quamobrem in interiori cubiculo ipſum adducto oſtio includunt, vbi iam duas induxerant meretrices, ſed tamen ſtrenuus vir orationis præſidio munitur, quo nec alloqui, nec accedere auſæ, velociſſimè effugiunt. §. II. 35.
Lubrico etiam inſanæ meretricis periculo, liberatur Philippus. §. III. 37.
Fabricius Aragon Philippum viſitat, ſeque à peccatis expiaturus adijt, quem in lecto, morbo laborantem reperit, ſed enim cum timeret, præ ſenectute, ſimulque morbo ad ipſum fortè gravius olentem accedere, proprior tamen factus, vir Dei Fabricij caput pectori admovit; ſtupefactus ſtatim odoris ſuaviſſimi ſentit fragrantiam. Intellexit igitur poſtea, quod huiuſcemodi odor non ab alio flore, quàm à pulcherrimo caſtitatis lilio exalaret. §. IV. 42.
Ex odore ſuavi, puritate præditos, ex fœtore autem impudicos dignoſcit, ideò inhoneſtas mulieres averſus reſpexit. §. V. 44.
Varijs perſequentium calumnijs ad patientiam exercetur Philippus. Et inter veſtibulum, & altare ſacrificium de ipſo Sacerdote ſibi ſumit Invidia. Orat Ieſum in Cruce pendentem, qui grauiſſimum tranſactæ tribulationis laborem, largiſſimo interioris conſolationis munere compenſat. CAP. XV. 45.
Eo proceſſit vecors perſequentium inſania, vt Philippum ante Vrbis Vicarium ſiſteret, qui falſis accuſantium delationibus nimium indulgens, acriter eum corripit, eiq; confeſſionis munere interdicit. CAP. XVI. 50.
Miſit Deus (vt creditur) Angelum in ſpecie viri auſteritatis eximiæ, qui Philippum cum puſillo grege in exer-

exercitijs roboret. Hic Sacram Eucharestiam publicè exponendum præcepit. Quo ſole oriente, ſi quæ priſtinæ tempeſtates remanſere nubila leviſſimè diſſolvuntur. CAP. XVII. 54.

Idem præſul, Philippo adhuc infenſus, cauſam ad Pontificem non æquo detulit animo, ſed Dei iudicio ſtatim mulctatus eſt. Rediens enim ſubita interijt morte. CAP. XVIII. 58.

Erigitur congregatio Oratorij, eiuſque inſtituti ratio, ſimul, & progreſſus, oſtenditur, quem non modicè iuvit Summi Pontificis Authoritas, & Liberalitas, nec minus Philippi Fũdatoris nomen. CAP. XIX. 61.

Quo tempore Oratorij Patres veteri demoliendo S. Mariæ in Vallicella tẽplo incumbebant, is, qui tunc fabricæ præerat, cæmentarijs iuſſerat, ne tecti parietem, ſub quo per vetuſta B. Mariæ imago, quæ hodie in maiori Templi ara veneranda conſpicitur, everterent. Nocte quadam Philippus B.V. Mariam, ſua manu tectum ſuſtinentem inſpexit, ideo ſummo manè cæmentarijs aſcitis, trabem, cui nitebatur tectum, in aere pendentem conſpiciunt; miraculum omnes inclamitant, & tectum deponunt. CAP. XX. 66.

Inter frequentes Extaſes, raptuſque admirabiles viſus eſt, dum ſacrum celebraret, in altum efferri, circumquaque ſplendidiſſimus micans radijs; capite Solis inſtar cœleſti ſplendore redimito; quandoq; etiam lucidiſſima nubecula Philippum celebrantem operuit CAP. XXI. 69.

Philippi voce, & præſentia dæmones fugantur. CAP. XXII. 71.

Perſianus Roſa, Philippi Confeſſarius, anxius, & morti proximus, auxilium à Philippo poſtulat; ſicque

intuens

intuens exclamat: Sancte Phillippe ora pro me, *qui protinus morienti opitulatur.* CAP. XXIII. 73.
Gabrielem Tana varijs inimici tentationibus laborantem eripuit, pro eo quoque dimicat, donec victor evadat. CAP. XXIV. 75.
Obſeſſa Spiritus corpora, miſerima ſervitute liberat. Inter quæ puellam cuius ab ore Satan Græcè, Latinèq; loquebatur. CAP. XXV. 79.
Nobiliſſima etiam fœmina in Templo Sanctæ Crucis in Ieruſalem ad ligni Crucis, aliarumque reliquiarum aſpectum contorqueri cœpit, Philippo iubente, mulierem dæmon dimiſit incolumem. CAP. XXVI. ibi.
Dat vitam, adimitque Saulo Romano puero, cuius Nativitatem Patri ante prædixerat. CAP. XXVII. 82.
Matronæ Romanæ graviter decumbenti, & diabolicis ſuggeſtionibus expoſitæ, mortem imperat, vt ab animæ periculo liberet. CAP. XXVIII. 85.
Plerumque morbos imperio expulit, ita vt ad eius iuſſum rediret ſalus, exularet morbus. CAP. XXIX. 86.
Mulier quædam Philippum interrogat, an ſibi liceat ſandalia portare, ad quam Pater hilari reſpondet vultu cave ne cadas. CAP. XXX. 88.
Maximus in Philippo honorum contemptus, quibus Romani Pontifices, eum vltrò ſunt munerati. Inter quos præcipui, Gregorius XIV. & Clemens VIII. qui eum, & maiori veneratione, & amicitia proſequuti ſunt. Gregorius Sacras Purpuræ infulas, Philippo cum precibus detulit, abſtinuit tamen pius Pater à purpura pro cœleſti Regno. CAP. XXXI. ibi.
Rurſus, Clemens VIII. enixè obtulit Purpuram, ſed nec minus conſtans Philippus à ſummo honore ſe ſubtraxit. Narratur eiuſdem Clementis affectio, qui Philippum

Digitized by Google

lippum ſedentem, & tecto capite audivit; manuſq; ſumma cum veneratione oſculatus eſt: CAP. XXXII. pag. 91.

Iuvenis quidam, Franciſcus Zazpara nomine, qui Civilis Iuriſprudentiæ ſtudijs vacabat; ſummam divitiarum honoris; & famæ ſpem ſibi præſumpſerat. Quem Philippus de his magnificè loquentem, breviter humanæ conditionis admonuit, & ſolo Italico verbo E POI luxuriantem animum ad meliora reducit: CAP: XXXIII. 93.

Sacerdotij character patuit mirabiliter Philippo in fronte iuvenis, qui ſæculari, & aliena veſte, vt Sacros Ordines tegeret, ſimulabat; quem pijs monitis, & ardore pectoris ad ſalubriora reducit: CAP: XXXIV. 95.

Cum gravis, ac moleſtiſſima de Dominicanis Patribus, apud Pontificem lis ageretur; oranti Philippo in eorum Baſilica, Chriſtus ſub auguſtiſſimo Eucharistiæ Sacramento ei apparuit, & cauſæ exitum, ac fœlicem victoriam, benigna ſui manifeſtatione aperuit: CAP: XXXV. 97.

In pervigilio nativitatis Domini, Philippus vna cum duobus ex diſcipulis orationi vacans, dum mentem in Chriſtum elevat, ſuper Altare Infantulum Ieſum eſt intuitus; ſocios cenſet eadem videre, eoſque interrogat: Num puerum Ieſum intuemini? Ipſi nihil reſpondent: Tunc Philippus tacet, viſionemque diſſimulat. CAP: XXXVI. 100.

A chiragra morbo Pius Pater, Patrem Clementem VIII. ſanat. CAP. XXXVII. 101.

Adhuc vivens alumno fluctibus periclitanti opem tulit, animamque agenti viſibilis apparet, & protinus eum incolu-

incolumem in littora ducit. CAP.XXXVIII. 103.
Apparet Virgo Deipara Optimo Seni graviter decumbenti, & ſanitatem reſtituit. CAP.XXXIX. 107.
Variæ Prædictiones Philippi, in quibus celebre Prophetici ſpiritus donum elucet, ita præſtans, vt non ſolum Populi, ſed etiam Sacræ Rituum Congregationis elogio Eximius vates meruerit celebrari. CAP. XXXX. 113.
Non ſolum ſede vacante futurum Pontificem prophetat, ſed etiam ipſius Nomen. §. I. 114.
Taurusium, & Baronium è Congregatione Presbyteros, poſt eius mortem ad Cardinalitiam purpuram aſſumendos, pileis in pariete, ſimul & geminis Calvarijs depictis vaticinatur. §. II. 116.
Indicat ſibi mortem, vt ante in ſuperioribus morbis conſtanter aſſeruerat nequaquam ſe moriturum. §. III. 117.
Spoponderat Philippus Franciſco Zazzaræ, tunc temporis adoleſcenti, ſe prinſquam decederet dicturum, quid ab eo poſt obitum cuperet. §. IV. 118.
Nero de Nigris, æqueſtri viro, ſe ſubito deceſſurum planè aperit. §. V. 119.
Germanico Fideli. §. VI. 121.
Flaminio Ricci. §. VII. 122.
De ſepolturæ loco apertè vaticinatur. §. VIII. 124.
Philippus placidiſſimè moritur. CAP. XXXXI. 126.
Poſt occaſum velut Sol ſplendidus pluribus apparuit. Primum in Tuſcia Teio Guerri, qui inter ſomnum, & vigiliam Philippum micantem videt, & de æterna fœlicitate nuntiantem audit. CAP.XXXXII. 133.
Rurſus cuidam virgini glorioſus patuit Philippus, quem inter duos Angelos ſedentem, aureoque throno ela-
tum,
Digitized by Google

tum, in cælum ferri, non ſine ſummo devotionis gaudio intuita eſt. CAP. XXXXIII. 135.

Nec minus in oppido Morlupo apparet S. Dominici Tertiariæ Virgini, quæ Senem candida ſedentem veſte, copioſaque animarum ſtipatum caterua conſpicit, & inter ſuperos elevari videt. CAP. XXXXIV. 137.

Apparet itidem etiam Moniali alteri, cui vaſtiſſimam plagam tribulis conſperſam, & ſpinis oſtendit; ſimul, & illam erudiens, ſe hac via omninò tranſituram eſſe, ſi quo ipſe tendit, venire cuperet. CAP. XXXXV. 140.

Concurſus populi, & Procerum; fiunt Philippo parentationes. Miracula ante ſepulturam edita. Laudes, & munera fidelium; ſimul, & Senatus Romani annuum votum eius monumento ſacrum, quod hodie durat in eximiæ pietatis, & fidei monimentum. CAP. XXXXVI. 141.

Mirabile in mortuo corpore caſtitatis argumentum, poſtquam enim eius lauandi cauſa veſtes detrahuntur, animatum protinus extendit manum, ne verenda pios adſtantium offendat oculos, & ſuæ priſtinæ caſtimoniæ aliquam iniuriam inferat. CAP. XXXXVII. 145.

Simile prodigium iterat, dum exenteratur Corpus. CAP. XXXXVIII. 146.

Nundum elapſo poſt Philippi obitum anno ſummis iam celebratur honoribus. Icones miraculis, & ſignis in circuitu expreſſis excuduntur, cum inſcriptione: B Philippus. Ante eius Sepulchrum Lampas permittitur: publica devotione colitur non ſolùm Populi ſed etiam procerum, necnon Summi Pontificis, qui imaginem eius inter alias Sanctorum ſuo veneratur

ſacra-

ſacrario. CAP. XXXXIX. 149.
Quo primum Philippi imagines typis impreſſæ à compluribus colebantur, vir improbus, cum vidiſſet amicum quemdam ex his apud ſe habentem, irriſit fatuè, caputque mouens, eam rapuit, & in terram proiecit; illico imago expanſa in aerem eleuatur, verum impius iterum ſpreuit ipſam pedeque calcat: ſed iterum imago ſe in aere librat. Tunc perterritus eſt, & facti pænitens, in meliorem rediit vitam. CAP. L. 152.
Iacobum Creſcentium, & ſocios in profundò terræ hiatu, grauiter periclitantes mirabiliter liberat, & ab obſcuro labyrintho eximens in auras reducit. CAP. LI. 156.
Quadriennio poſt obitum, Sacrum Philippi corpus intactum reperitur. Nobilis Florentini liberalitate, ſub argentea vrna deponitur. Soluitur inde oraculum, quo ſuum caput Philippus, poſt mortem, argento cooperiendum predixerat. CAP. LII. 160.
Idem Nerus, maſcula carens prole, ad Philippi opem ſe contulit, ſed breui à Domino filiolum impetrauit, cui, recepti beneficij gratia, Philippi nomen impoſuit. Quapropter de argentea capſa mutato conſilio Sacellum in optimi Senis honorem, pretioſis lapidibus, gemmiſque variantibus ſplendidum magnificentiſſime extruxit, Vrbis nunc, & Orbis miraculum. CAP. LIII. 165.
Idem in Alexandro Languito Congregationis etiam confratre, qui Noapolim pergens, valida, & tumeſcenti tempeſtate patrocinio Philippi liberatur, quem in puppi magno lucis ſplendore circumfuſum, nouum pelagi Neptunum, proſpexit. CAP. LIV. 170.
Obſcæ-

Obſcænitatis ſic oſor Philippus, vt non ſolum ipſe viuens, ſed etiam eiuſdem mortui reliquia, carnis fœditatem auerſentur, Exemplum in iuuene, qui in lubrico tentationis poſitus, earum pulſibus mirabiliter excitatur. CAP. LV. 172.

Piſcator ſola imagine Philippi, prodigioſam tynnorum multitudinem in rete congregat. CAP. LVI. 174.

Sanctorum albo aſcribitur. CAP. LVII. 176.

In Feſto Canonizationis, facta publica ſupplicatione, atque ſolemni, dum Sacerdos concionaretur, innumera populi congregata caterua, ad depictam Philippi imaginem, eloquium huiuſcemodi ipſe protulit: Eia Pater hunc populum dignare benedicere. Res mira! protinus cæleſtem manum protrahens, benedictionem impertitur. CAP. LVIII. 184.

En poſt Canonizationem, è pluribus ſelectum miraculum. Tranſierant enim Neapoli nauicula pelagum, ſed atra tempeſtate obtenebrata, nocte exorta, quidam nauta in puntum labitur, cuius vita ſe mota ſpe, Religioſi Carmelitani Diſcalceati ad orationis portum confugiunt, quorum alij S. Ioſephum, alij verò D. Philippum orant pro lapſo. Res mira! coruſca lux oritur, in qua nautam inter hos diuos, à quibus ipſe fulciebatur in nauigium, vbi poſuerunt eum, properantem, maxima omnium admiratione intuentur. CAP. LIX. 186.

Kalendis Maij in Carboniani oppido, vt in Italia vicis, opidiſque mos eſt, exultante populo, populum altiſſimam erigente, malus vix erectus, cecidit, fugientibus omnibus remanſit puer, quem adeo compreſsit, donec inteſtinis diruptis, magnaq; ſanguinis emiſsione, iacuit exanimis facta oratione ad Philippi imaginem

Digitized by Google

ginem protinus reuixit puer. CAP. LX. 188.

B. P. Philippo Nerio, Presbytero, pro elaborato opere humilis ab Authore gratiarum actio. 194.

FINIS.

REGISTRVM.

§ §§ A B C D E F G H I K L M N.

Omnes ſunt folij.

MEDIOLANI,

Ex Typographia Ioſephi Ambroſij Maiettæ.

M D C L X X X.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google